

II b  
158

M. ANTHON JVLI<sup>II</sup> von der Gardt

COMMENTATIO

AD R. ISAACI ARAMÆ DISSERTATIONEM RABBINICAM

DE VSV LINGVÆ,

IN SANHEDRIN f. 22. c. i.

IN

PROVERBIVM JVDÆORVM

DE CAMELIS, *natho. xij. 24.*

PRO FIGVRATO VETERVM

JVDÆORVM STILO ILLVSTRANDO

IN GENERE MEDRASCHIM ET

MESCHALIM.

IN ACADEMIA JVLLIA

INCLYTI ORDINIS PHILOSOPHICI CONSENSV

A. MDCCXXIX. MENSE MAJO


CONCINNATA.

---

HELMSTADII

TYPIS PAVLI DIETERICI SCHNORRII

ACAD. TYPOGR.



*Judeorum symbolum,  
camelos senes  
venum portare juniorum pelles,  
argutum & verum,  
scitum & elegans:  
Vetera instituta longo usu firmata  
novis moribus difficulter tolli  
aut emendari;  
magnam vim inesse consuetudini,  
traditioni ac opinioni;  
veritatem cedere arbitrio recepto;  
utilitatem quiescere abusu superiore.*

---

Ser. A, MDCCXXIX. d. 23. Apr.



## COMMENTATIO PHILOLOGICA

AD R. ISAACI ARAMÆ DISSERTATIONEM RABBINICAM  
DE VSV LINGVÆ,  
IN SANHEDRIN f. נב. c.i.fin.

## IN VETVS JVDÆORVM ADAGIVM DE CAMELIS SENIBVS, PORTANTIBVS AD FORVM JVNIORVM PELLES.

**C**ontigit nuper meminisse in dissertatione *de Judæorum Medrasch proverbii judaici de camelis*: *נברש גמל ר' סבי רטשנין משב' רהוננו*, multi sunt camelis seniores, qui portant juniorum camelorum pelles ad forum, ut venundentur. Quoniam os proverbii est chaldaicum, præterea respondet nostro, es wird so leicht eine Kalbshaut zu Marette getragen als eine Kuhshaut; visum, judaicum hoc dicterium ob verborum imprimis peregrinitatem & effati scopum indigere luce, quam in gratiam commilitonum libet accendere, ut judæorum prisorum מוריישׁוּ משלים symbola & apophthegmata amplius illustrentur.

Habetur hoc adagium judaicum in Sanhedrin f. נב. c. i. fin. Occasio illius commemorati est מרדש symbolica oratio de rebus Mosis & filiorum Aarons. Oratoria imagine, poëtarum exemplo, pingunt colloquium inter duos Aarons filios, Nadab & Abihu, quam optaverint duorum suorum capitum ac præsidum, Mosis & Aaronis, obitum, ut horum occuparent functiones & præsidia. Quos interpellaverit deus, ex illis quærens, quis sepulturus esset alterum? Exprobrans illis incertitudinem fati, cum illis, Nadabo & Abihu, facile contingat praire Mosi & Aaroni. Quam dei correctionem confirmarit inter judæorum doctores Rab Papa, proverbii usum commendans, in fatis esse, seniores sæpe superare longævitatem juniores. Verba parabolæ comparebunt infra capite VII.

## De vi vocum in proverbio judaico.

**P**ro sensu verborum chaldaicorum commode cognoscendo, libet sigillatim voces alieni soli oris chaldaici illustrare, pro philologico officio & jure, ut non in amoenum proverbium fiat amoenius, sensus perspicuitate.

idem quod græcis πλεονασικός, abundans, multus, & adverbialiter נְפִישׁ, multum, πλεονασικῶς, abundantē, sāpe; uti verbum שָׁמַר, πλεονάζειν, est abundare, augeri, crescere, a πολὺς multus. Unde formula, נְפִישׁ וְהַתֵּא אֲבָרְרָה, πλεονασικὸς ὑπῆξε Φοίτων ὀπιδέγον ἀντό, multum ibat ad illum, cum non esset domi. נְפִישׁ אֲנָגָן πλεονασικοὶ ἐκένοι, multi illi. רֹקָן נְפִישׁ אֶתְנָא חִזְמָעָה πλεονασικὸν, sputum copiosum; verbo קָרְקָא χέμπτεθαι, spuere, screare. בְּמַרְבָּא נְפִישׁ אֶתְנָא נְפִישׁ סְגָנָא, in desertō abundarunt & creverunt. Effertur concisius, שְׁרָא, quod est πλεονάζειν, crescere, augeri, שְׁרָא πλεονάζειν, augere, multiplicare, שְׁרָא πλεονָדְגָה, redundare, remanere, superesse. Est & שְׁרָא אֲנָא פֻּחָה, respirare. Obvium in Niphah, Nach. 3, 18. נְפִישׁ idem est quod נְפִישׁ διεκορπί-תְּנָסָא, dissipati, dispersi sunt: & שְׁרָא Job. 35, 15. est καῦσις, astus, ira.

A quibus differre nullus שְׁרָא, animam, manifestum, de qua חִנְמָשׁ בְּנָרְכָה שְׁאַיָּן non inelegans dictierum: כִּי בָּאָרֶץ נְכִירָה שְׁאַיָּן וְעַזְרָם וְסְמָכִים: וְהַψְׁחָנָה ἐπὶ τῷ γύνῳ καθάπτει πάροκος ἐπὶ τῇ χέσω ἐτερογενεῖ, ὡς ψήθη ἀντῷ χρεωστεῖντες οὐκ σκύμποντες, anima in corpore est velut holpes in terra alienigena, dum nec sunt qui auxilium ferant nec suffulciant. שְׁרָא בְּעֵל נְפִישׁ, qui habet animam, animosus, probus, cordatus; & in genere εἰληφός, ψυχὴ, animatum; שְׁרָא ψְׁוּחָה, animalis.

שְׁרָא πρόσωπον, persona. Gen. 12, 5. Sumsit Abraham uxorem & Lotum cum bonis acquisitis שְׁרָא אֶת כָּל נְפִישׁ אֲשֶׁר τὸ ὄλον οὐ πᾶν πρόσωπον, οὐσιηπερ ἔκτισαν, omnem personam, personas, quam comparaverant, alle ihre Leute. Gen. 14, 21. Melchisedec ad Abramum, לך תְּהִלָּה מִן-דִּידָּתִי μοι τὸ πρόσωπον, οὐ τὸν αὐγορισμὸν καταλαβεῖ σοι, da mibi personam, personas, die Leute / facultates accipe tibi. Exod. 21, 23. נְפִישׁ תְּהִלָּה נְפִישׁ πρόσωπον κατέ-vantur πρόσωπος, personam pro persona. Lev. 4, 2. נְפִישׁ כִּי תְּהִלָּה בְּשָׂגָגָה

αρό-

πρόσωπον ήτια ἀδικίσοι ἐπὶ ἀγνωσίᾳ, persona si peccaverit per ignorantiam. Sic alibi. Cum pronomine, נפשׁ πρόσωπον με, egomet, ego ipse, נפשׁ πρόσωπον σὺ, tumet, tu ipse, &c. quomodo iudæi usurpant & שמי παιξάμενον, præsens, עצמי παιξάμενον με, egomet; quod chaldæi efferunt בימרָא παιξάמְנוֹן, præsens. בַּיִמְרָא אֵתִי παιξָמְנוֹן με, me præsente, per memet, per me ipsum. Quem sensus reciprocí usum curate observavit Carpzovius in critica sacra p. 480.

שֶׁבֶן נֶפֶשׁ ἔκπνευσις, nex, exspiratio. Gen. 37, 21. Ruben de Josepho נֶפֶשׁ רָא גָּדְלָוָס κεντησομεν ἐκπνέουσι, non percutiemus eum nece. Lev. 24, 8. שֶׁבֶן ἄπνευσον, cadaver. Lev. 22, 4. חַנְגָּע בְּכָל טָהָר נֶפֶשׁ δι γργανών ἐπὶ πτηλίον ἀτύμον ἀνεύστα, qui tetigerit ullum immundum cadavere.

שֶׁבֶן אֲנָפָעַחַת, respirare, refocillari. Exod. 23, 12. Quiescite die septimo από την ημέραν και την νύχταν και αναψυχέτω παιδις δμωῆς σὺ και ο πατέρας, Ο respiret filius ancilla tua Ο hospes. Exod. 31, 17. Septem diebus condidit deus cælum & terram, שבת כבורים השביש שבת; נֶפֶשׁ יְהוָה אֲנָתָךְ ἐπὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ ἑβδόμῃ ἀπέστηε και ανέψυξε, sed die septimo cessavit Ο respiravit. 2. Sam. 16, 14. David in fuga רַנְפֶשׁ ανέψυξε, respirabat.

Judæis שֶׁבֶן מְרַגְּלָת, emψυχον, animatum; שֶׁבֶן אֲנָפָעַחַת, respiratio, שֶׁבֶן אֲנָפָעַחַת, recreatio, respiratio, quies, refocillatio. שֶׁבֶן μνημόσυνον, monumentum sepulcrale. בְּנֵין לוּ נֶפֶשׁ עַל קָבָרָה אֲחִינְתְּבָסִין אֲנָתָךְ μνημόσυνον υπὲρ ὀργυῆς αὐτῷ, adipiscant illi monumentum super sepulchrum ejus. אין עושין נפשות לזכירות וביריות. שֶׁבֶן זְכוּרָיו וְבִירָיו תְּחִתְן σκευές; μνημόσυνα τοῖς δικαιοῖς, τὰ πεφεραδμένα αὐτῶν ἐκπνία γνωστοματα αὐτῶν, non parant monumenta sepulcralia iustis, dicta illorum sunt monumenta illorum. שֶׁבֶן אֲנָסְפָּזָסִין, spatium. Sui ortus est גְּרִיאָה פָּאָסִיס, phasis, fluvius Colchidis. Hæc satis multa, נֶפֶשׁ πλεονασμא.

נֶמֶל καμηλον, camelum esse, quis non ex gibbo ejus aperto ac prominente videat, καμηλη curvitate dorfi? Quod camelorum genus in oriente sit natum, non negabit qui suas animalibus certis esse patrias non dememinerit. Ratio appellationis non a κανθηλοις, clitellis, quæ camelis plus quam mulis & asinis competent, animalibus clitellariis; citius ab ἀκύμολος cito gradu pre-grediens.

Verbum גָּמְלָא *Alexandrinus*, genuinae significationis haud conscientius, verbo *fiēto* reddidit ἀπογαλακτίσω, quem fecutus secure *latinus* voce *ablačāndi*. Neuter rem & scopum attigit, in plerisque locis plane incongruo vocum usu. Nec enim *ablačāri* dici possunt pueri quindecim annorum, jam adolescentes. Deinde incomposita repetitio *lactis*, *ablačāti a lacte*. Rectius interpres *chaldæi* & *judæorum* doctores reddunt *finire*, *absolvare*, quod ad varios variarum rerum spectat terminos, pro discrimine negotiorum aut objectorum. Chaldæi reddunt plerumque חַסְל συντελεῖν perficere, *finire*, *absolvare*. Et rabbini exprimunt per συμπληγὴν, *absolvare*, *terminare*, *perficere*, de qualibuscumque objectis. Ita & גָּמְלָא est ἐκτελεῖον, *absolvo*, *perfectum reddo*, ad finem perduco, consummo. Ita per ætates hominis *infantia* anno tertio, *pueritia* anno decimo quinto, *adolescentia* anno trigesimo fertur finiri & *absolvi*. Qued naturæ officium, in ætatis terminis, pro vita humanæ gradibus omnes gentes sollicite attendere, ac primam illam *atatis puerilis finita periodum*, cum inchoata nova adolescentiæ periodo, conviviis aut publicis ceremoniis palam declarare ac solennem reddere studuerunt. Qua celebritate ex ephesis excessisse & adolescentes facti sunt existimati, ad certa vita negotia jam tractanda admittendi. Judæi quoque hodienum hoc naturæ munus & hanc ætatis vicissitudinem suis notant characteribus, ut justum attendatur ætatis intervallum.

Primum, proxime, primo ætatis intervallo, tertio ætatis anno, lactandi tempus finitum. *Hos.* 1, 8. uxor *Hoseæ* filiam non miserandam absolvit anno nativitatis secundo aut tertio, תְּגִמְלָא אֶתְהָנָה מִחְרָא מִחְלָא וְאֶתְלְאָוָשָׁה אֲנָוָן, *absolvit illam*, ab *infantia*. *Ex. 28, 9.* גָּמְלָא אֶתְקָרְבָּן מִשְׁרָדָה אֶתְלְאָוָתָנְתֵּס ἀπὸ γάλακτος, μεταχθέντες ἀπὸ μασῶν, *absoluti a lacte*, *abducti a mammis*.

Secundo ætatis intervallo est a pueritia filium *absolvere*, dum annos pueritiae absolvit, ut pubertatem vel adolescentiam inchoet, circa annum ætatis 14. Quod est naturale ætatis intervallum, quindecim annis vulgo aestinatum, quando pueri fiunt ephebi, adolescentes. *I. Reg. II, 20.* Adad idumæorum princeps, in ægyptum profugus, tempore Salomonis, ad Pharaonem, ubi uxor Pharaonis forore ducta genuit filium, וְאֶתְגִּמְלָה רְתִגְמָלָה אֶתְלְאָוָתָנְתֵּס אֲנָוָן, quem absol-

*absolvit mater, ephebum, adolescentem, anno circiter 15. declaravit usitatis ibi ceremoniis. Es. II, 8. גָּמְלֵל אֶקְטֵלְעִיאָתְהַיִם absoluteis a pueritia, ephebus, juvenis. Ps. 131, 2. כָּגָמֵל עַדְיִ אַפְרֵן καθάπερ ἐκτελειώθεις παιδί μητέρι αὐτῷ, ut absolutus apud matrem suam, ephebus; ἐκτελης adulus, græcis. Quomodo etiam de intervallo ætatis tertio, ubi superata infans, pueritia & adolescentia, anno 30. virilis succedit ætas, græci adhibent verbum τελειωθεῖν ad virilem ætatem pervenire, τελειωθέντες, qui ad virilem ætatem pervenerunt, viri facti.*

*Gen. 21, 8. וַיַּגְדֵּל הַיּוֹלֵד וַיַּגְמַל וַיַּשְׁאַל אֶבְרָהָם מִשְׂתָּחָה גָּמְלָה בְּיוֹם הַגָּמָל אֶת יְצָחָק  
חַזְקָאָמָן πότισμα μέγα ἐφ' ήμέρᾳ ἐκτελειώθηναι τον  
Ισαάκ, quando adolevit puer ὁ absolutus est, tunc paravit Abraham  
convivium magnum die quo absolveretur Isaac, quando Isaac 14 annos natus, pueritiæ terminum attigerat, ætatis per naturam intervallo & pubertatis vel adolescentiæ annos inchoabat. 1. Sam.  
23, 24. Elkana ad Hannam de Samuele: שִׁבְיָה עַד גָּמְלָה אָתוֹ אֶךְ  
יְקַם יְהוָה אֱלֹהִים וְכָבוֹד וְתִשְׁבַּח אֶחָשָׁח וְחִנְקָה אֶת בְּנֵה עַד גָּמְלָה אָתוֹ:  
וְיַגְדִּיל אֶת תְּעִירָה עַמְּךָ גָּמְלָה גָּמְלָה:  
וְיַגְמִל אֶת תְּעִירָה עַמְּךָ גָּמְלָה, ἐτελείωσαι σε αὐτὸν, τάχα  
κομψοὶ υπάρχων τὸ πεφραδμένον αὐτῷ. ἐναθίζει δὲ οὐκέτι οὐδὲ  
τιθάνησε λὸν παιδία αὐτῆς, ἐτελείωσαι αὐτὸν. ἔπειτα αὐτεύλεν αὐτὸν μετ' αὐτῆς, ὥσπερ ἐξτελείωσεν αὐτὸν Mane, donec absolveris eum,  
forte efficit deus verbum suum. Mansit ergo uxor ὁ educavit filium  
suum, donec absolvisset eum. Dein deduxit eum secum postquam absol-  
verat eum, factum jam ephebum 15. annorum.*

*Par ratio plantarum & stirpium. Num. 17, 23. Virga Aaronsis  
חַזְקָאָמָן פָּרָח וְצִדְקָה וְגָמְלָה שְׁקוּרִים  
ἐξηγησεν ἀνθησις, καὶ ἐξελείωσε πισταῖα, produxerat virorem, ὁ  
effluerat flos, ὁ perficiebat pistacia, flos comprehendebat jam tum  
in fundo pistaciorum initia. Es. 18, 5. כָּגָמֵל פָּרָח וְכָבוֹד גָּמֵל  
וְיַדְעָה נָצָת ᾧ ἐτερματίσθη χλωρέτης, τότε οὐ φανόρεγκασα ἐκτελειώσασα  
γενίσται ἀνθεσιν αὐτῆς, quando consummatus fuerit viror, tunc om-  
phacem perficiet flos ejus, ut omphacem ferat flore deciduo.*

*Erit γάλλος ἐπιμελεῖσθαι, curare, apparare, conferre, tribuere, in  
bonis & malis rebus. Gen. 50, 17. לְרַוְשְׁתָמָנָן יוֹסֵף חַשְׁבָּן יְשֻׁוּב לְנוּ אֲתִכְלָה  
הַרְעָה אֲשֶׁר גָּמְלָה אָתוֹ*

ἐπε-

ἐπιτρέψεις ἐπιτρέψεις οἵμαν ὁλον τὸ πονηρὸν, ὃ σονπερ ἐπιμελησάμεθα καὶ  
ἀντί, forte oderit nos Joseph, abunde rependet nobis omne illud malum  
quod paravimus illi. v. 17. רעה גמלוך πονηρὸν ἐπεμελήσαντο περὶ<sup>א</sup>  
σך, malum apparauunt tibi. Ef. 3, 9. אוֹלֶה גָמְלוּתָה כִּי גָמְלוּ  
չָכָרַתָּה וְפִסְכָּהָוּתָה, וְתֵי ἐπεμελήσαντο περὶ ἑαυτῶν πονηρὸν, וְאֶפְסָה  
אֲם גָמְלָה שְׁלָמִי רָע אֲשֶׁר גָמְלָה שְׁלָמִים רָע,  
μὴ ἐπεμελησάμεν περὶ δικαιοληνίουνος με πονηρὸν, non apparavi illi, qui  
tranquillitatem mihi dederat, malum. גָמְלָה אֲמִילָה חֲסִידָה  
mali, beneficium, maleficium. Ps. 137, 8. cura, boni vel  
cura benignitatis. Ps. 137, 8. אֲשֶׁר גָמְלָה שְׁגַמְלָתָה לְנוּ  
מְחַזְקָנָא תָּאָמָלִזְנָא סְוִי תָּהָן ἐπιμελεῖαν σְבָבָה ἐπεμελήσω ὥμαν, Beatus,  
qui repedit tibi negotium, quod parasti nobis.

Est גָמְלָה metallaattew, metallaatgān, referre, retribuere, com-  
pensare, rependere. Deut. 32, 7. אהָת חָלוֹזָה הַגָּמְלָה וְאַתָּה  
תַּעֲלַלְלָתְתֵת תָּסְבִּיחוּ, num deo rependiis hoc? 1. Sam. 24, 18. Saul  
ad Davidem: אהָת גָמְלָה חַטֹבָה וְאַנְתָ גָמְלָה רָעָה: תָּנָן מְ-  
תְּלַלְלָצָס μַזְבָּחָתָה, אַנְתָא ἐγών μετέλλאצָס σְוִי τָהָן πονηρὸν, tu  
rependiisti mihi bonum, (pro malo,) ego vero rependi tibi malum,  
(pro bono.) גָמְלָה רְגָמוֹל, גָמְלָה, גָמְלָה, μετέλָלָצָס, μετְּלָלָגָעָה,  
retributio, compensatio, remuneratio, in bonis & malis. Ef. 66, 5.  
גָמְלָה לְאוּבָרִי מְשִׁלְבָתָה קָל, וְרוּחָה מְשִׁלְבָתָה גָמְלָה לְאוּבָרִי  
מְלָאכָתָה לְוִיָּה ἐπαχθέσιν ἀντί, verbum dei, aquans retributionem ho-  
stibus suis.

Alia sunt affinis soni גָמְלָן, גָמְלָן, μεγαλεῖος, magnus, crassus.  
שְׁוִימְשְׁמָנָה גָמְלָא שְׁוִימְשְׁמָנָה μְעֻמְקָה גָמְלָא, alingma,  
gradus, gressus, ponticulus.

שְׁוִיבָה πְּגַסְבָּנְיָה, canescere, canum esse. 1. Sam. 12, 2. Samuel de-  
se אַנְתָ זְקָנָתְךָ רְשָׁבָתְךָ יְגַדְּלָתְךָ אֲמָתְךָ הַקְּרָבָתְךָ  
canui. שְׁבָבָה πְּגַסְבָּנְיָה, πְּגַסְבָּנְיָה, senior. בָנָם וְרֹשֶׁת בָנָם  
אֲמָתָה πְּגַסְבָּנְיָה, אֲמָתָה חַנְחוֹתָה ἐφ' ὥμαν, etiam canus etiam senex inter  
nos. שְׁבָבָה πְּגַסְבָּנְיָה, πְּגַסְבָּנְיָה, matrona senex, vetula. סִבָּה,  
לֹא יָכוֹל לְרֹאָתָה כִּי שִׁבְחוֹתָה, שִׁבְחוֹתָה πְּגַסְבָּנְיָה, seneclitus. 1. Reg. 14, 4.  
עֲנָנוּ מְשָׁבָבָה: קְמָרָה πְּגַסְבָּנְיָה, πְּגַסְבָּנְיָה, non poterat videre, quia debilitati erant oculi ejus  
בָנָם בָתָולָה יוֹנָק עַמְשִׁיבָה, שְׁבָבָה πְּגַסְבָּנְיָה, tam juventus  
אֲמָתָה πְּגַסְבָּנְיָה, אֲמָתָה πְּגַסְבָּנְיָה, νεανίσκος μְלָא אֲמָתָה πְּגַסְבָּנְיָה, tam juventus  
quam virgo, junxit cum viro sene. טען

עֲנָרֶתֶבֶל, sursum attollere, pretendere, distendere, elevare, onerare. Gen. 45, 7. עַנְתֵּן אֶת בִּשְׂרַכְתִּי, ἀνατίνετε τὸ πρόσωπον ὑμῶν, onerate brutum vestrum. Anætævædai, sursum attollere, pretendere, elevare, onerari, quod est portare. יְהוָה רֹשֵׁן בְּאַתְּנָתְּמֵן, ἡτος αναταμένη ἐστιν ἐμόν, non est via distenta, gravis, mibi. Alias est κατοφεῖν, portare.

עֲנָרֶתֶבֶל, טְנֵן, טְנוּאָה, טְנוֹנָה, ἀνάτασις, elevatio, onus; & suis locis ὁθόνη, linteum, saccus. עַנְתֵּנָה בְּאַתְּנָתְּמֵן, ἀνάτασις, elatio, protensio, oneratio.

עֲנָרֶתֶבֶל, teneri, moraliter, pro legali obligatione. עֲנָרֶתֶבֶל, intendere, probare, argumentari. עַנְתֵּנָה ἀντασις, intensio, argumentatio, probatio, ratio. עַנְתֵּנָה צְדֻקָּה, rationes justae, legitima; כְּזֹבָות ψευδομέναι, rationes false. עַנְתֵּנָה וְחֹקָות בְּרָאוֹת וְחוֹקָות ἀντασεις πιεσαι καὶ ιχνεσαι, rationes pingues & valida. עַנְתֵּנָה עֲזֹמוֹת, ἀντασεις θεαται, rationes firma: עַנְתֵּנָה תְּלִשּׁוֹת, rationes infirmae; עַנְתֵּנָה אַתְּנָתְּמֵן, rationes disputabiles.

עֲנָרֶתֶבֶל, contra tendere, obijicere, opponere, accusare. אוֹלֵר, ἀντιτείνειν, contra tendere, obijicere, opponere, accusare. עַנְתֵּנָה יְתִיעָן טְוָעָן, ἀλλα γὰρ ἵως ἀντιτείνοι, αντιτείνων, ἀντίτονος, forte obiectat opponens. עַנְתֵּנָה אַנְתִּטְבְּוָעָנוֹס, ἀντιτεταμένος, accusatus. עַנְתֵּנָה אַנְתִּטְבְּסָס, obiectio. עַנְתֵּנָה אַנְתִּטְבְּסִיס, lis, contentio.

עֲנָרֶתֶבֶל, pungere, עַנְתֵּנָה διακεντָה, transfigere, confodere, utriusque, occidere.

מְשַׁחַת, σκύτος, cutis, pellis. מְשַׁחַת συνεχμάζֶנ, ὄχυλάζειν, prohibere, continere, comprimere, constringere, constrictum tenere; συνεχζειν, continuare, conjugere. מְשַׁחַת συνέχεδαι, contineri, constringi, physique & moraliter. מְשַׁחַת ἀνοχμάζειν, attollere, protrahere, de tuba, de arcu, affectu. מְשַׁחַת συνοχָן, συνοχμός, continuatio, continua cohærentia, seu commissura; συνέχεια, continuitas, perpetuitas, affinitas, συνεχόεσ, continentem, sine intermissione, crebro, frequenter. מְשַׁחַת συνεχָה, continuus, cohærens, perpetuus, diuturnus, creber, frequens, affidius. מְשַׁחַת מַשְׁחָנָה, Stephano de urbibus, סָגָנָה Josepho, Mashane, Sogane, ore hebraeorum בֵּית מַעֲכָה, מַעֲכָה, est Semechonitarum metropolis, in Aramæa, ad lacum Semechoniti-

cum ; prope Aurānitin , sub Libano , ad ortum . Pf. 120, 5. οὐεν παροιῶ ἐν Μαχάνῃ , certe dego in Maschane , inter Se- mechonitas , Aramaeos .

רְוֹן suadet prius meminisse affinis soni מִחְוָנָן הַגְּנוּן inavōc , idoneus , conveniens , aptus , dignus . מִחְוָנָן inavōtōc , aptitudo , convenientia . אֲלֹגָן υώπη , manubrium . חָנָגָן anchora . חָנָגָן εὐγένης , nobilis , illustris , clarus . εὐγένης , nobilis .

Tandem nostrum accedit רְוֹן reavionos , juvenis , junior , character camelorum non laetantium sed aliquot annorum , cum ante annum quartum ad ferenda onera sint inepti . Idem esse ac בְּכֶרֶת אַגְּזָס , а́зъса , juvenis , de camelis itidem dictum , monent illi qui idem ajunt esse ac בְּחֵרֶת , quod est אַגְּזָס , juvenis , illo apud Arabes usitatiori sono , hoc apud hebraeos . Neque vero בְּכֶרֶת quicquam habet commune cum בְּכֶרֶת , בְּיכֶרֶת , πρωτότοκος , primogenitus , πρωτότοκα , primogenitura , & בְּכֶרֶת . πρωτότו- κεν , primum parere . Aliud iterum ab his בְּפָרִים אַמְּאַגְּזָס , primis & אַמְּאַגְּמָתָה . בְּכֶרֶת πρωταρεως , primis fructus : בְּכֶרֶת πρόσχωμα , agger , aggesta terra . Tanta propinquitas soni in tam immanni significationum discriminē . Unde incredibilis interpretum lapsus , qui distinctionis immemores , tum derivando , tum vertendo pleraque solent confundere & miscere . Singula curate discernere per sensuum classes , nonnullius est industriae , cui assuetendum mature , ut prompta & expedita facilitaque fiant usu . Quod negotium quanto haetenus curatum rarius , tanto indagine sua amoenius , luce sua clarius , ac fructu suo abundantius . Quanto concisior ac contractior oratio , ut orientalium , ut unus vocis sonus quinas aut denas vehat significationes , tanto magis est implexa & obscura ; quanto distinctior ac locupletior sermo , tanto dilucidior ac manifestior sententia , ut apud occidentales . Tametsi aequis his , ipsisque græcis & romanis priscais , in ineffabili copia , ex assiduis & sub hoc cœlo aequivocationibus , opus subinde sit , per translationes exuberantes & remotas , lumine non parvo .

In Bocharti conjecturam de origine vocis גֶּמֶל a גֶּמֶל retribuere.

**B**ochartus, explorandi sagacitate nulli cedens, admirabile suum Hierozoicon, durissimi laboris, camelii conspectu in fronte ornat. Originem appellandi dum investigare instituit, ex arabia repetere recte veritus est a verbo جَمَلْ gsjamal, καλλιεύων, pulcher, elegans ac decens & decorus fuit. Vnde جَمَلْ gsjamal, pulchritudo, elegancia, decorum. جَمِيلْ gsjamil, καλλιμος, elegans, pulcher. Est sane camelus animal turpe, ut ipsi vocant historici. Non ergo גֶּמֶל gijemel, camelus, a verbo arabico. Illorum operam juste repudiat, qui a גֶּמֶל ablatare derivant; ratione comoda, quod non camelus ablatatus, sed quisque alias cuiuscunque etatis illud nomen ferat. Ipse vero confugit ad verbum גֶּמֶל ut est retribuere, ac rependere; ex ea ratione, quod camelus sit animal vindictæ cupidissimum; ut ab hoc suo affectu nomen sit indeptum; sibique persuadet, esse hanc appellandi rationem convenientissimam. Causa, inquit, cur sic appellatus sit, a rependo, vindictæ cupiditate, tam est obvia, ut non possim non mirari doctos id fugisse haec tenus. Hebraice גֶּמֶל quandoque est bonum, quandoque est malum rependere, uno verbo υποτικασθειν, ut graci reddunt Joël 3, 4. Inde camelus merito גֶּמֶל dictus est, quia nullum est animal, quod vel acceptæ injuriæ memoriam conservet tenacius, vel ultionem persequatur acrius. Verum, in substantiis & corporibus denominandis velle semper confugere ad verba, unde nomina sint oriunda, tam est inane, ut natura repugnet ipsa, quæ substantias prius existere docet, quam motiones vel actiones a substantiis aut corporibus productas. Quomodo pleraque nomina substantialia rerum non ab actionibus, adeoque verbis sunt profecta, neque inde repetenda, sed nomina actionum aut verbâ a substantiis. Quod per naturam omnibus linguis est innatum. Quare nomina omnia a verbis repetere, est naturam rerum & sermonis in-

fringere & pessundare. Pleraque verba a substantiis per omnes gentes. Nomina autem substantiarum pleraque externam quandam formam, qualitatem aut indolem respiciunt, unde appellandi occasio sumta. Quæ prisca substantias appellandi ratio in plerisque in oblivionem venit, ut vel plane non, vel difficulter appellandi ansa & origo posteris constet, quibus satis, nomina substantiarum a majoribus accepisse. Quin una gens ab altera pleraque nude sono etiam confuso admisit, nullo ad verba respectu, aut nova ex verbis denominatione. E. g. *in homine*, homo non profecto a verbo: qui ab *humo* revocant, nomen advocant non verbum; et si illa derivatio nec humum respiciat, cum ab occidentalibus, romanis, non potuerit ratio haberi creati hominis ex humo, qui & in humum redeat, cum scripturam ignoraret vetus Italia. Nescitur ergo ratio appellationis latinæ, certe a nullo latino verbo nomen. Ad exteram gentem, unde Italia dialectum adoptavit, si quis confugiat, in græcia quidem, unde latinum os suum impetravit, reperiet *ανθρωπον*; sed quomodo nomen hominis ab *ανθρωπῳ*? græcis nomen, juxta græcos, *ἀνθρώπῳ* vel *ἄντρον*, *vultum attollens*, *surgum respiciens*, vel *spectans* quæ vidit, vel *ἀνθρός ἄντα*, *florens vultu*, *candidus*, *levis* & *floridus*, cum cetera omnia animantia vultu & corpore sint hispida & plumata, solus homo ore glabro, & pro septentrionis forma, florido, niveo & flori pari. Perinde vero, undecunque pro conjectura derivetur, a situ & forma corporis externa appellatio est petita, sive quod sit animal vultum attollens, sive frontis nitida & candens. Neque vero hæc externa denominatio ad hominem spectat, nisi ut a plaga meridionali est remotior septentrionem versus, cum a meridie ad austrum, non sit color frontis & corporis ut ad boream niveus, sed ater, sine omni flore & candore. Nec ergo vox *ανθρώπος* nisi situm & statum hominis externum respicit, & quidem pro climate borealiore. Tametsi vero vox *ανθρώπος* sit suo ortu composita sive ex *ανθροῦ*, sive ex *ανθροῦ*, *ανθρώπῳ*, & *ἄντη*, dici tamen non potest, quod *ἄνθρωπος* sit a verbo; cum derivatio designet præpositionem *άντη*, vel *άντα*, *surgum*, verbum *γένειν*, *videre*, & nomen *ἄντη*, *vultus*, vel duo nomina, adjективum & substantivum, *ἀνθρός floridus*, & *ἄντη vultus*. Exspirat adeo derivatio nominis

minis a verbo. Quid si & latinorum *homo* sit ex græco ἄνθρωπος, conciso admodum sono, ex frequentissimo usu, cum v græcorum & romanis etiam plerumque transeat in m ut λαντόν, *album*, περικόν, *nigrum*, in masculinis & femininis, primæ & secundæ declinatio-  
nis, per numeros & casus.

Quid si & nostrum Mensch / sit ab ἄνθρωπος, cum m sape adsciscatur. Sufficit, nec *homo* nec Mensch a verbo, sed nomina per se, sive origo innotuerit sive non. Neque in homine *caput* a verbo, sed nomen per se, a græco κεφαλη admissum, quod iterum nomen per se, sine ortus verbo. Nostrum Kopff non a verbo, sed nomine latino *caput*. *Auris* non a verbo, sed nomen primævum, ex græco ἀυτ. Nostrum Ohr latinum audiit. *Oculus* non a verbo, sed a nomine græco, γλάῦχη, *oculus*. Et nostrum Auge vedit latium. *Pes*, non a verbo, sed nomine græco πέδη, quo stat & nostrum Fuß. *Caro* non a verbo, sed nomen per se, ex græco σάρξ. *Cutis*, non a verbo, sed nomine græco σκυτος, nobis Haut. *Crinis* non a verbo, sed a nomine græco θέριξ, nobis Haar. *Dens* non a verbo, sed nomine, eoque græco, σονχος, quod sentit nostrum Zahnen. *Lingua* non a verbo, sed a nomine græco γλώσσα, quod loquitur & nostrum Zunge. *Genu* non a verbo, sed nomine, eoque græco γόνον, nobis Knie. *Cor* non a verbo, sed nomine græco καρδια, unde & nobis Herz. *Unguis* non a verbo, sed græco nomine ὄνυξ. *Gula* non a verbo, sed a nomine græco λαρυγξ, unde nobis Rehle. *Stomachus* non a verbo, sed nomine græco σομαχος, quod affirmat nostrum Magen ita & in ceteris. Nullum horum nomen a verbo sed nomina ex se. Par ratio animalium, fætarum, volucrum, piscium, plantarum, arborum, fluminum, metallorum. *Canis* non a verbo cano, sed a nomine græco κύων, unde nostro usu Hund. *Mus* non a verbo, sed græco μῦς, Maus. *Bos*, non a verbo, sed nomine græco βῆς, Osse. *Taurus* non a verbo, sed nomine græco ταῦρος. *Sus*, non a verbo, sed nomine græco ώς, Sau. *Leo* non a verbo, sed græco nomine λέων, Löwe. *Vulpes* non a verbo, sed græco nomine αλεπηξ, Fuchs. *Lupus* non a verbo, sed nomine græco, λύκος, Wolff. *Ovis* non a verbo, sed græco nomine ὄvis, Schaaf. *Fera* non a verbo, sed græco nomine αλεκτρινη. *Gallus* non a verbo, sed græco nomine αλεκτρινη. *Gall-*

*lina* non a verbo, sed græco nomine ἀλεκτύαια. *Passer* non a verbo, sed nomine græco Ψάρος, *Sperling*. *Corvus* non a verbo, sed nomine græco κορώνη, *Krähe*. *Alauda* non a verbo, sed a nomine græco κορύδαλος, *Werche*. *Lignum* non a verbo, sed græco nomine ξύλον, *Holz*. *Radix* non a verbo, sed græco nomine ρίζα, *Wurzel*. *Folium* non a verbo, sed nomine græco φύλλον, *Blät*. *Fructus* non a verbo, sed a nomine græco καρπός, *Frucht*. *Ficus* non a verbo, sed græco nomine σύκη, *Feige*. *Pinus* non a verbo, sed nomine græco πίτινη, *Fichte*. *Glans* non a verbo, sed nomine græco βάλανος, *Eichel*.

Suffecerint hæc abunde ex millenis aliis, non convenire naturæ, substantias, adeoque earum nomina, esse posteriora actionibus, adeoque verbis; sed nomina substantiarum cum substantiis præire nec derivari a verbis. Actiones sunt suppositorum, hæc ergo præcedunt. Unde admodum vanum est velle omnia nomina derivare a verbis, cum centies illa existant, unde nulla verba, nec priora nec posteriora. A nominibus vero verba innumerata. Quæ est ratio & indoles hujus linguae, eadem omnium; cum naturam sequatur sermo humanus per orbem universum, per orientem & occidentem. In his nulla differentia. In oriente proinde quærere alium naturæ ordinem in rebus & sermonis in appellando usu, quam in occidente, est naturam velle torquere & invertere, & nihil agere. Res & substantiae ubique per orbem sunt & nominantur, dum actiones non sunt nec nominantur. Accidentia non priora substantiis, sed posteriora. Verba accidentia designant in plerisque. Quærere ergo in omnibus rebus verba ante nomina, velut originem nominum, non est philosophi, sed rationis expertis, certe illa non utentis. Dicere igitur de omnibus a verbo, est rationis usum in his abjecere, & querere vel tirgere quod rerum & sermonis natura negat.

Nec ergo Bochartus opus habuisset illa superflua sollicitudine, nominis **גָמֵל**, *cameli*, quærere originem a verbo, & quidem diserte definito, **אֶת גָמֵל** rependere, retribuere. Quasi camelus hoc accepterit nominis a qualitate interna, velut mentis aut affectus motu, qui injuria sibi illatae non obliviscatur, sed ad retribuendum ani-

animum velut suum veritat, donec ulciscatur. Quam sit hoc penne superstitionis, certe infrugiferum, patet aperte ex communis rerum appellatione in substantius denominandis, quando a mera quadam forma externa sensibus obvia res sunt denominatae, non ab interna quadam tecta & paucissimis perspecta qualitate, in qua cognoscenda error sit inevitabilis. Homo sane græcis non nisi a vultus situ erecto, contra bestiarum formam, aut a facie & cute nivea & florida appellatur, nulla habita ratione totius animæ & omnium qualitatum ac operationum ejus. Si in homine denominando non nisi nudus externus conspectus appellatio nem apud græcos dedit, non sublimior ac profundior denominatio brutorum rerumque aliarum omnium, quarum naturam internam nec in hunc diem licuit explorare. A mero sono, quem edunt animalia, multorum denominatio sumta, natura animalis tota ignota proflus. Frustra igitur camelii appellatio petitur ab interna & plane recondita animalis indole, & a vitio quidem velut animi, a vindictæ cupidine, quasi alia animalia magno numero non sint vindictæ avida.

Porro vindictæ cupido in camelio pugnare videatur cum altero celebrato interno corporis statu, quod *felle careat*, indeque clamet animal mansuetissimum ac mitissimum, iræ expers. Denominare ergo animal ab interno vitio, & præterire internam ejus virtutem, non est rationis. Neque a raris illis vindictæ ejusdam exemplis totum apparet genus; imprimis cum dubii illi sint casus, cum furor aliquis bestiæ contra hominem quempiam, non tam ex reminiscencia injuriaæ veteris, quam dolore & damno præsente potuerit ori.

Præterea **לְזִבָּח** non esse semper *rependere, compensare, retribuere, agnovere* dudum permulti, sed sape idem esse ac nude *conferre, exhibere*, vel bonum vel malum, sine relatione ad prius accepta bona vel mala. Quomodo potuere camelii conculcasse, momordisse, quosdam, inferendo malum, sine relatione ad injuriam priorem, eamque veterem. A retributione ergo præcise mali denominare animal, cum nec retributionis sit ratio, sed damni illati, inane.

Ferendus idcirco in sagaci Bocharto sollicitudinibus color,  
 quod Adam in denominandis animalibus pro sua connata sapientia, & profunda rerum omnium cognitione, dum camelum vocaverit **גֶּמֶל**, respexerit ad verbum **גֶּמֶל** rependere, cum intimam camelii naturam nosset, quod vindicta effet cupidissimus, & ad rependum aut ulciscendum pronissimus. Admodum tenue hoc pallium pro tegenda denominationis imbecillitate. Hac, inquit, post longam descriptionem vindicta in camelis offendis, de camelii hebreo nomine, cuius rationem accuratius disquirere ideo duxi, quia in eo vel maxime elucet primi patris sapientia, qui, quod nos non nisi experti scimus, viso camelo statim animadverit hoc illius esse genium, ut iram diu servet & malum pro malo tandem rependat, ac proinde **גֶּמֶל** vocavit, appellatione ad animalis naturam ita accommodata ut nulla potuerit esse aptior. Satis hæc illi intelligent, qui de rerum naturalium omnium intima, plena & perfecta scientia in primo homine, definire verentur, cum imprimis reliquorum animantium nomina non nisi externum vel corporis situm vel qualitatem habent pro fundamento. Neque ratio est, cur hoc animal a *vitis* interno, a vindicta cupidine voluerit denominare, tacita *virtute*, celebrata ejus mansuetudine summa. Nec homo **גֶּמֶל** dictus diserte pronunciatur a substantia ejus, interna vel externa, sed a mera *massa terræ*, unde ortus, univerſa ejus natura tacita & præterita. Ergone *camelus* ab indole interna solus denominetur? Tam est alienum in nomine camelii **גֶּמֶל** querere verbum **גֶּמֶל** rependere, injurias speciatim ulcisci. Tanti est, nomina a verbis repetere, ut parum absit passim, verbis fictis & peregrinis, quin rebus & rerum appellationibus injuria inferatur.

## CAPVT III.

**κάμηλος**, a **καμπή**, a curvatura dorſi, gibbo.

**G**raeci **κέρυκλος** ad verbum **κέρυκεν** referunt, cum labore agere, quod sit animal ferendis laboribus maxime idoneum. Quod in media græcia sit nata vox, videatur arguere terminatio solennis græca **λε**, latinis inde **lus**, in substantivis & adjectivis, nominibus animatorum & inanimatorum, quadrupedum & volatilium, terrestrium & aquatilium. E. g. **κορυδαλός**, **κορυδαλλός**, galerita, **alayda**,

alauda, *Lerche*; a *νοστός* *galea*, cuius formam plumæ capitis referant; *τροχιλός*, *trochilus*, *regulus* *avis*; quod latinum nomen ex græco; *ὄνυχόταλος*, *onocratalus*, *avis aquatica*, *clamosa*: *βεβαλός*, *bubalus*; *οὐρίπαλος*, *catus*; *Φάγιλος*, *agnus*; *κέτης*, *aries*; *γέιλος*, *porcus*; *ηρονόδειλος*, *crocodilus*; *τρέφιλος* & *τρέψιλος*, *cochlea*, *murex marinus*, *ομύλος*, *turba*; *κάπιτος*, *propola*; *κωνδύλος*, *digiti articulus*, *pugnus*; *δάκτυλος*, *digitus*; *σπανδύλος*, *vertebra*, *spondylus*; *άστραγαλος*, *talus*; *τράχηλος*, *collum*; *σφάνιλος*, *medius digitus*, *spacelus morbus*; *σφάνελος*, *fasciculus*; *χυλός*, *sucus*; *κυκλος*, *circulus*; *κεντύφαλος*, *re-  
ticulum* *capitis muliebre*; *σπόπηλος*, *scopulus*; *κένταλλος*, *glacies*; *τύλος*, *columna*; *Φίδος*, *amicus*; *πῖλος*, *pileus*; *τρέβιλος*, *vortex* *procella*; *ἄργιλος*, *terra alba*; *κάμιλος*, *rudens*, *funis nauticus*; *κάρ-  
ταλος*, *corbis*, *coiphinus*; *τρόχυλος*, *acervus lapidum*; *δαΐδαλος*, *ar-  
tificiosus*, *wafer*; *κορύπηλος*, *cornupreta*; *adjectiva*, *ἴκινος*, *similis*; *καμπύλος*, *curvus*; *ποικίλος*, *varius*; *τράπηλος*, *mutabilis*; *ἐντεράπη-  
λος*, *urbanus*; *κατύλος*, *mitilus*, *cornibus carens*; *Ψιλός*, *nudus*, *χα-  
μάλος*, *χθαμαλός*, *χαμάζηλος*, *humilis*, *δάψιλος*, *liberalis*. Omnia  
pure græca, sub sole græco nata, quidni & κάμηλος, *camelus*? Neque obstat  
illa, utpote extera, orientis nomina ferre. Concedatur utraque  
manu, in oriente nomina animantibus & rebus orientalibus esse  
data, attamen græcis passim autoribus. Tantum non pleraque  
urbes & insulae Ægypti & Asiae, æque munda ferunt nomina græ-  
ca ac in medio fundo græco, ita & nomina multa animalium,  
plantarum, montium, fluminum in oriente. Si camelo jungatur  
*elephas*, orientis certe non occidentis aut græciæ filius, non  
dispar patria, nec mole, græcis ἐλέφας, quod totus oriens effert  
brevius Λ. Ajunt ab ἐλεφαντίνη insula æthiopiae in Nilo sic di-  
ci, quod in æthiopia elephantorum sit copia, ut ἐλέφας idem sit  
ac ἐλεφαντίνος, cum a regionibus etiam rebus sint data nomina.  
Ἐλέφας autem græcis propriæ est *ebur*, unde animali toti nomen  
idem contigit ἐλέφας. Est autem ἐλέφας, *ebur*, a Φαλός, *splendi-  
dus*, *candidus*, a Φαιών, *luceo*, a colorè *eboris* candido ac splendente.  
A quo græco dentis nomine ἐλέφας natum latinis nomen *ebur*,  
quod idem ac Φαλόν, Φαληρόν, *lucidum*, *splendidum*, unde & nostris  
Elfenbein. *Hippopotamus* & *crocodilus*, Ægypti soboles, ἵπποποταί-

μις & ιεροκοδεῖλς græca habent nomina nativa. Nec appellatio-  
nem exteram tollit animal indigenum. Hippopotami in oriente  
nomen בָּהַמְתָּה est ipsummet illud græcum exterum ἵπποπόταμος,  
*hippopotamus*, fono, ut per remotas terras fit, inflexo, nec enim  
plurale est, sed singulare. Hæc pro cameli nomine græco in pa-  
tria nato, a κάμηνῳ ut volunt graci.

Quid si vero κάμηλος a κάμπτω, *flesto*, *incurvo*, καμψίς, καμ-  
πή, *inflexio*, *curvatio*, *curvatura*, καμπύλεος, *inflexus*, *curvus*, καμπύ-  
λος, *inflexus*, *curvus*, καμπυλόεις, καμπυλόεστα, *curvus*, *curva*. Hinc  
facile κάμηλος, *curvus*, *inflexus*, *dorsum*, gibbo, ut revera est; ut ple-  
raque animalia nomina habent a forma externa quacunque, pro  
discrimine. Sic κάμηλος commode a καμπή, *curvatura dorsi*, quæ  
a græcis in camelo diserte dicitur κύνησσα, quod incurvatum, gibbus.  
Quomodo & κάμηλος, *rudens*, *funis nauticus*, est a κάλως, *rudens*,  
*funis nauticus*, quod a χαλᾶν, a laxandis funibus pro velis ducen-  
dis, repetunt græci. Quod a græcis pariter nacti arabes جَوْمَلْ  
جَوْمَلْ, *restis*, *rudens*.

#### CAPVT IV.

Κάμηλος, ex græcia per orientem in græciam, ab ἀκύμολος,  
celerrime currens.

DE nominibus & vocibus peregrinantibus argumentum ad-  
modum prolixum, nobis hic loci κάμηλον commendaverit,  
quod ex græcia in orientem commearit, formam mutarit, ac so-  
no mutato in græciam redierit, multorum similium exemplo.  
*Camelum* esse animal oriente natum, dubio caret, cum prima ejus  
ac nativa patria sit non occidens sed oriens. Vero itaque simi-  
le & nomen illi in oriente esse datum, quod supereft, لَبَّ، no-  
men animalis ore orientis, citra controversiam. Veruntamen mul-  
tarum rerum, imprimis naturalium & artificialium, in oriente ob-  
viarum, appellations a græcis impositæ, qui in oriente existe-  
rent, quocunque casu aut fato. Nomina ab his græco ore impo-  
posita sonum induerunt, vel statim, vel cum annis, orientis ori-  
congruum, brevem & concisum ac velut contractum. Qui pri-  
mitivus græcus sonus in oriente ad os populi flexus, dein ad

græ-

græcos rediit ore orientis ex itinere servato, græca tamen veste de novo cinctus aut ornatus.

Dabimus exempla. **σατράπης**, chaldaicum, forma nominis & flexione. Sed quid sibi vult? *Satrapam* reddunt peritiores qui-que. Commodissime ore græco σατράπης, & inde romano *satrapa*. Sed quid sibi vult barbara hæc in occidente vox? In græcia nata est, in orientem commeavit, in græciam rediit, sono ex itinere flexo. Σεραπεδέχης, est exercitus & castrorum dux, caput militiae; σεραπεδον castra sunt, unde σεραπεδέχης, castrorum dux ac imperator. Græcum hoc nomen, citra omnem controversiam, omni ex parte, nativo ortu & genio, ore & labris: σεραπος, militia, σεραπεδον, castra, & ἀρχη imperare. Atqui hoc militare nomen græcum in babyloniam commeavit, quando militia & castrorum ducibus & illic est impositum.

Σεραπεδέχης dum in peregrina jam terra, babylonia, degit, sonum induit, populo aut gentis ori congruum, ut pronunciaretur **σατράπης**. Res eadem; officium idem, character idem, sono nunc nativo græco, nunc ex longo itinere in peregrina terra flexo, chaldaico. Atque hic jam chaldaicus character, in græcia natus, in babylonia educatus, dum per historicos græcos in græciam rediit, ex peregrino isto populo antiquum peregrinatum retinuit oris habitum, Iono ad patriæ os non-nihil iterum restituto. Quomodo pro **σατράπης** dixerunt græci Σατράπης, & porro ad Latium abiit *satrapa*. Σεραπεδέχης primævo græco nativo labio, σατράπης chaldaico peregrino ore ex itinere in græciam reducto. Σεραπεδέχης & σατράπης prorsus idem, illud ante iter, hoc ab itinere per orientem ex babylonia. Tantum jus oris, sed & tantum jus itineris.

Simili prorsus ratione γερμανικος, iegoygermanus, literatus, sacrarum literarum peritus, eruditus & nobili græco nativo ore, pro doctrina & in vetustis monumentis legendis & explicandis peritia. Liberalis hæc & literata vox, græci oris decus, migravit in orientem, ex græcia in ægyptum & babyloniam. In curiis regum ægypti & babyloniae viri literati, & sacrorum apud illos monumentorum explicandorum periti, nomen hoc græcum, sui officii characterem illustrem impetrarunt. Quod autem in ægypto

& babylonia dialectus græca suo nitore non compareret, aliis dialectis, hinc græcus hic *elegans scientia character*, pro gentis utriusque, ægyptiacæ & babylonicae ore nonnihil ad captum communem est inflexus, ut pro γεαμματινε, ιερογεαμματινε, in ægypto & babylonia diceretur בְּרִתָּה, græcum habitu jam peregrino, ex itinere in orientem. Deinde cum per historicos vel iter facientes, vox græca, per orientem, in curiis regum hospitio excepta & liberaliter habita, rediret in græciam, in patriam, aliquid peregrinitatis refinuit, ut sonum orientis referret concilium, græco tamen sono aliquo iterum modo addito; quomodo græcis suum nativum γεαμματινε, ιερογεαμματινε, quod in ægypto & babylonia vicinisque terris audierat בְּרִתָּה, in græciam redux dictum μάγος, indeque latino ore magus. Γεαμματινε & μάγος idem penitus, illo pleno ore ante iter in orientem, hoc contraria ab itinere. Este autem בְּרִתָּה & γεαμματινε, ιερογεαμματιנε, prorsus idem, Moys & Danielis, Herodoti & Diodori scuti irrefragabilibus constat estatis & documentis. Quando Moses & Daniel pronunciant de ægypto & babylonia, quod utrobique in curia regum fuerint בְּרִתָּה, Herodotus & Diodorus Sieulus ajunt, in utraque curia penes reges extitisse ιερογεαμματινε, viros literatos, monumentorum veterum interpretes. Verba integra duorum horum historicorum cum sint prolixa, hic locus non capit, alibi afferenda.

Postquam græci vocem suam primævam γεαμματινε ex oriente reducem, peregrino illo habitu sua iterum civitate donarunt, sono μάγος, mirabili peregrinandi voluptate reddit in Syriam, græco suo novo habitu μάγος. Quod syris tantopere placuit, ut plenum hoc græcum novum os μάγος sibi lati vindicarent, addita porro syriaca sua terminatione ו, ut græcum μάγος ipso jam efferent לְאַבְּגָמָה meguscho, quod sua est nativitate γεαμματινε, literatus. Terminationem græcam os, in μάγος, ex flexione per græcos casius μάγη, μάγω, μάγος, non abjecit syria, sed retinuit religiose, & adjecit illi novam suam syriacam terminacionem ו, שׁמָן, est purum putum græcum μάγος, terminatione ma-

manifeste græca, cum augmento oris syriaci מְגַשֵּׁה, meguscha, meguscho. Gemina est terminatio, græca & syriaca simul. Neque vero illa utriusque græca & syriacæ terminationis junctura est ex instituto, sed consuetudine populari, quæ ex aurium usu existimaret, os apud græcos ad essentiam pertinere nominis. Vnde porro & in plurali combinatio terminationum appareat multo peregrinior, quando græcum singulare μάγος retinet & in plurali, addito syriaco plurali מְגַשִּׁים. Quomodo simul dicitur מְגַשִּׁים magi. Quæ flexio græco-syriaca aut græco-chaldaica, illis admodum frequens. E. g. ὥχλος, turba, purum putum græcum, effertur ab his sibi vindicatum אֲכָלֹתָן, אֲכָלֹתָן, turma. Quod lepidum videatur auditu, sufficit per frequens esse. Tanti est jus aurium per gentes & jus laborum in efferendo. Cohen de Lara, Judæus Lusitanus, in suo *ir David*, magnum similium cumulum suis locis congeffit, quæ hic cumulare non vacat.

Par ratio fuerit vocis ἀνύμολος, celerrime currens. Quod græcum insigne in itinere in orientem imponi cœperit animali orientis celerrimi cursus, pronunciaturque pro ore illo peregrino pro ἀνύμολος מְגַשֵּׁה, quod omnium oxyssime currat. Quod græcum orientis ore flexum in græciam reversum audierit καίμηλος, peregrino ore jam servato, & terminatione græca pro more addita, quo sono dein ad ceteras in occidente terras ex itinere per orientem & occidentem pari motu cucurrit. Sic ex peregrinandi jure græca evaserunt in oriente domestica.

Junguntur ταῖς ιερογεγυματίσι, literatis, ab Herodoto & Diodoro siculo ιερόσοποι, haruspices: Pari modo Daniel in curia babylonica socios junxit חֶרְטָמִים וְאַשְׁפָּנִים; quomodo סְעִינִים sunt ιερόσοποι, haruspices; uti ιερόσοποι in babyloniam iter faciens evasit in פְּשָׁע, in italam transit in haruspicem, qui profecto non ab hara, vel ara, sed ιερῷ, ιερόσοπῳ. Sunt & σεατωνεδεκαι & σεאתρῳ officiis bellicis propinqu, ita & in Daniele אַשְׁרָרָבָנִים וְאַדְרָבָרִים. Quomodo אַרְגָּרָה sunt σρατηγοὶ, belli duces, per ordinem. Et Danieli inter instrumenta musica in babylonia celebria sunt inter alia פְּסָנְתָּרִים ψαλτήρια, cymbala, a ψάλλειν, pulsare, cum hemisferia ænea gemina pulsata arte tinnitum ederent amoenum & clarum; hebrais alio sono צְבָעִין quod est ψαλτήρια סְמִפְּנָנִים.

סָמְפּוֹנִיָּה אֶפְרַיִם, Apollinis in musica gaudium. His paria  
תְּמֻמָּתָא, tympana, βυθότονα.

Neque potuit supremus judaicæ gentis senatus, quin gloriaretur de suo honoris & judicij fastigio סָמְפּוֹנִיָּה, quod ipsummet est συνίδειον, synedrium. Sacra quoque eminens judæorum devotio, in fronte & brachio, græco charactere superbivit תְּפִלִּין, quod est græcum φυλακτήριον, phylacterium. Et locus sacrorum peregrinationis & juris hospitii. Neque aures in populis inter varios hospites carceres norunt, nec linguae vincula patiuntur, libertatis avidæ. Ex græcia per orientem in Germaniam in Satrapa Drostie Satrapia Drostey; ex græcia in Westphaliam niveam βρωτίου κελαινή, panis furfuraceus ater, Pumpernickel qui & delicatiorebus sapit mensis.

### CAPVT V.

In Bochartum, cui חֲצֵן, camelus junior, est ex græco εὐγενός, nobilis, cum sit νεανίσκος, juvenis.

**I**N laudato veteri judæorum proverbio vox הַלְּבָן de juniori camelo adhibita, interpretibus judæis & christianis visa obscurior. Vident chaldæum interpretem reddidisse τὸ βῆκρον Es. 60, 6. per ῥῶγνην; ut βῆκρος & חֲצֵן quoad rem sint idem. Sed & in βְּכָרָה tanquam in cameli gibbo harent, & de hujus propria significatione solliciti. De singulis supra capite primo dictum abunde. Hic porro submonendum, Bochartum bene recteque monstrasse lib. 3. c. 3. f. 82, 83. βְּכָרִים esse camelos juniores, adeoque חַגְנָן chaldæorum & hebræorum significare idem. Quocum consentit Raschi in comment. in Es. 60. בְּכָרָה מִזְרָחָה הַוְּגָנָה בְּחֹרֶם וּבְנָן, chaldæo חַגְנָן sunt camelii juvenes; sic & בְּכָרָה קְלָה Jer. 2, 23. juvenis camelus celer.

Bene animadvertisit cap. 4. f. 86. de camelis quibusdam dici هَجَان hegajan, album & præstantem; uti & nobilem & præstantem mulierem eodem nomine dici, monuit Golius f. 2514. nec non bonam & feracem terram, ut & honore cultum & spectabilem virum. Pariter

riter *حاجين* *hagijin*, in equis & hominibus, Bocharto & Golio  
libero patre & matre serva, cuius pater arabs sed mater alienigena. Bo-  
chartus circa has camelorum appellations hærens, pronunciat,  
cur arabice dicantur *hugian* & *hegin*, non capio satis. Postquam mox  
adjecerat & *خالد* chaldaei interpretis, incidit illi, esse utrumque  
illud arabicum & chaldaicum originitus græcum, ἐγενέντος. Mihi,  
inquit, tam chaldaeum *خالد* *hogen*, quam arabicum *هجان* *hugian*,  
facta videntur ex græco ἐγενέντος; atque inde sic camelus quacunque de  
causa nobilis, puta, qui pollet viribus, aut atate floret, aut colore eminet.  
Subsoluit nonnihil Bocharto in arabia græci, in altera harum vo-  
ce. Et feliciter conjectit, ubi de præstantia sit sermo, in gene-  
re camelorum, equorum, virorum, seminarum, ipsiusque  
terræ, pro Golii descriptione, vocem *hegsjan* derivatam esse  
ex græco ἐγενέντος, claro & nobili genere ortus, generosus, etiam de  
arboribus nobilioribus, frumento præstantiore. Sed condonan-  
dum viro sagaci, quod miscuerit cum arabico chaldaeorum *خالد*,  
quasi idem sit ἐγενέντος. At differunt longissime; arabici illi char-  
acteres denotant virtutem & qualitatem, sed chaldaicus non nisi  
ætatem, eamque minorem, sine conditione generis & præstantiæ.  
Distinguenda igitur voces sono vicinæ, per suas distinctas signi-  
ficationes & origines diversas. Arabicum, ex græco ἐγενέντος, in-  
genuum est & præclarum, chaldaicum est *رسانوس* *juvenis*. Utrum-  
que græci oris, diversæ significationis ac denominationis. At-  
que ita porro ratio est manifesta, quare juxta Golium, *hegsjan*  
non solum notat nobilem, sed & ignobilem, rem quamvis turpem &  
deformem, pro alia a priori origine, eaque iterum græca, ἐγενέντος,  
minime generosus, degener. Arabiam illuſtrat græcia, quæ illam lu-  
ce & opibus beat & locupletat. Felix, qui in felici arabia feli-  
ciorem invenit græciam, ex opibus græcis in arabiam veſtit.

Bocharti in rem literariam ipſosque sacros fontes beneficia  
ſunt incomparabilia, ex ingenio, peritia, sagacitate ac ſolertia in-  
credible; Nihilominus, in tam vasto tot veterum autorum stu-  
dio pleraque intacta aut minus expedita, posteris tentanda aut  
confiencia relinquere, compulit immanis priorum ſeculorum  
bar-

barbaries, quæ nullam illi monstraverat viam, quam quærere fere primus coactus est. Nec mirum adeo, in tanta caligine, tantaque rerum copia, dum investigantur omnia, inveniri quidem eximia, nec pauca, ast pleraque oculos fugere attentissimos. Praeivit Bochartus, invitavitque posteros, qui indagarent eadem & residua. Arabiam ille non minus ac græciam frequentavit, longis itineribus per montes & sylvas confectis, spe deprehendi in Arabia imprimis quæ investigaret. Non defecit viro occultato mentis vis & ingenii acumen, in discernendis singulis, sed juga montium apud arabes & inculta deserta, non monstrare ubique vera animantium potuerunt vestigia. Invenisset universa facilius, vir sagacissimus, si cultas græcorum terras lustrare attentius permisisset præjudicium, quasi in arabia omnia peregrina & ignota reperirentur, græcia in his nihil haberet ac sciret magni & præclarri. Scriptores græci vetusti, rerum naturam & animantium lustra perlustrarunt quam solertissime, ut horum monumenta clarissimam præbeant lucem, plantarum sylvis & animantium gregibus quibuscunque dignoscendis. Jure suo cauti utantur posteri, qui non modo per arabiam oberrint sed & per græcas commenent terras & urbes, pro scriptis græcorum evolvendis. Dabitur igitur locus indagini ulteriori, ubi post Bochartum sylvæ græcae curatius perlustrantur, & reperiantur facilius, quæ venatoris oculos apud Arabes fugerunt. Fas esto in reconditis detegendis eruditam græciam diviti jungere arabicæ, cum græcia æque faveat orienti ac arabia.

Neque vox  $\pi\alpha\tau\eta\mu\sigma\kappa$ , junior, juvenis, primam solum noctatatem, & juxta quosdam ipsam lactantem, sed indefinite minorem, comparative, respectu seniorum, sive quatuor sive denorum sive vicenorū annorum. Quæ est metonymia omnibus gentibus usitata & perquam familiaris, ut pueritia nomen in ipsis etiam hominibus transferatur ad statum vitæ adultiorem, pro variis circumstantiis.  $\pi\alpha\tau\eta\mu$ ,  $\pi\alpha\tau\eta\delta\sigma$  græcis, non modo puerum ætatis minoris denotat, sed & servum quemlibet & pedissequum, etiam proxecta ætatis; similiter & filium, filiam, natam, ut liberos, filios & filias. De Davide Act. 4, 25. Δαβὶð παῖς τὸ Θεός, David servus dei. De Iesu Act. 4, 27. ἄγιος παῖς τῷ Θεῷ, sanctus dei filius,

Johan-

Johannes de adultis christianis i. Joh. 2, II. 1, 12. τεκνία, filii v. 13, 14, 28. 3, 18. νεανίσκοι juvenes, v. 13. 18. παιδία filii. Latinis pueri & nostris Knaben / filii cuiuscunque aetatis; servi sine aetatis discrimine. Et hebraeorum usu נָעָזֶב, juvenis, בְּנֵי נָעָזֶב, pueri, juvenes, ab aetate minore per scitam metonymiam transferuntur ad adultam & virilem aetatem, filiorum, servorum, ministrorum, respectu parentum, herorum, dominorum, tanquam seniorum. Exod. 33, II. Iosua jam quinquaginta annorum, minister Mosis, נָעָזֶב, juvenis, qui bella pro Mose jam gererat, dux exercitus. Isaac ad aram ab Abrahamo patre ductus, נָעָזֶב, juvenis, cum 25. ageret annum. Gen. 22. Ismael, cum matre Hagar e domo Abrahami Bersaba expulsus, 29. annorum, נָעָזֶב, juvenis. Gen. 21, 17. 18. 19. 20. Samuel a matre Hanna pontifici Eli ad servitium oblatus, cum jam esset pubes, ephebus, pueritiae annos supergressus, quindecim ad minimum annorum, נָעָזֶב, puer, i. Sam. 1, 24. seq. Filii Eli sacerdotes, בְּנֵי נָעָזֶב, pueri, juvenes, dudum sacerdotes, triginta annis maiores. i. Sam. 2. 17.

Neque pictorum & sculptorum in fingendo libertas attendenda, qui Ismaelem, ex domo Abrahami cum matre dimissum & in deserto cum matre oberrantem, pusillum pingunt puerum, seduicti voce pueri in versionibus vulgatis, cum esset jam virilis aetatis, 29. annorum. Quorum & phantasia ferenda, ex voce pueri in vulgata versione, quando Isaacum ad aram ductum, ligatum, & in aram positum, jamjam ferro a patre jugulandum, & instar holocausti cremandum, pingunt fusionem, tantum non infantem, cum esset 24. annos natus. Versiones non intellectae multas per ineptos commentatores & ineptiores pictores in populum & in commentarios invexere fabellas. Quo lusu vetus græca versio de Ismaele habet: ἐπέθημον ἐπὶ τὸν ἄρσον ἀντῆς τὸ παιδίον: Abraham imposuit humeris Hagaris puerum, Ismaelem, 29. annorum; sat oneris, quæ præterea portaret panes & lagenam aquæ. Quæ versio & Josephum seduxit Antiq. I. I. c. 12. f. 37. ed. Haverc. ut Ismaelem appellaret παιδία νήπιον, puerum nondum adultum, quem ideo matri tradiderit, μήπω δι' αὐτῆς χωρεῖν δυνάμενον, qui solus adhuc iter facere non posset. Pictorum vero Isaacum in ara puerulum jure exprobrat illis, qui I. c. c. 13. f. 41. Isaacum diserte appellat tunc ju-

venem 25. annorum, ἵστας πέμπτον καὶ ἑκοσὸν ἔτος ἔχοντος. Isaaco vigesimum quintum annum agente. Calmetus de Ismaële in deserto, cum dicatur Hagar eum conjectisse in locum sub arbore, colligit, quod Hagar Ismaëlem portaverit: *ce terme abjecit, semble insinuer,* qu' elle portoit son fils. In Isaaco in ara agnoscit 25. etatis annum. Chronologia in ambiguas vocum significaciones luculentus subinde commentarius.

## CAPVT VI.

De characteribus camelorum, dromedariorum,  
רַמְךָ אֲחֶשְׁוֹרָן, רַכְשׁ  
Esth. 8, 10. 12.

**N**Efas præterire tres peculiares camelii characteres, in fontibus hebraicis obvios, in historia Estheræ, qui commentatores ferme fugiunt, insigni eorum celeritatis elogio. Esther. 8, 10. וְכֹתֵב בְּשָׁם חַמְלָק אֲחֶשְׁוֹרָשׁ וְחוֹתָם בְּטֻבָּת הַמֶּלֶךְ וְשִׁלְחָה סְפָרָם בְּרוּחַצִּים בְּסָטוּסִים וְנוּכִין וְרַכְשׁ הַאֲחֶשְׁתָּרִינִים בְּנֵי וּרְמִיכִים ἐγείρειν ἀμάν ἐπ' ὄνομασματος τῶν ἀεχοντος κυαξάες, καὶ ἐτέμησε ἐπὶ δακτύλῳ τῶν ἀεχοντος. Καὶ ἀπέτειλε συγγέναφας διάπερ τῶν τροχαζόντων ἐπὶ λοις συνεισάεις, περιοχάντων τὸν τροχεῖδον τὸν βακτεριανὸν, παιδας τῶν Μαργυμανῶν, Haman scriptis contra Judæos nomine regis Cyaxaris, Ο obsignavit, Ο misit epistolās per cursores equis, vētōs dromedariis Baetrianis, natis Margianis.

Obiter, אֲחֶשְׁוֹרָשׁ est ipsummet nomen κυαξάες, Cyaxares, quod medico perficium regum nomen, κύος ἀξιος, majestate dignus. Communi Cyaxaris seu Aharveri nomine insigniti (1) Astyagis pater (2) Astyages ipse, Dan. 9, 1. Tob. 14, 17. (3) Darius Medus, Astyagis filius, Xenophonti. (4) Darius Hyrcaspis, Efr. 7, 1. 7. II. 12. Cap. 8, 1. Neh. 2, 1. Neque miretur quisquam peregrinam nominis formam, pro praesente vocalium sono, cum sit ipsummet totum græcum κυαξάες, Cyaxares; siquidem & קָרְשׁ ipsummet græcum est Δαρεῖος, Darius, alio vocalium sono, & קָרְשׁ ipsum plenum græcum κυρος, Cyrus. Fuit & אֲרַתְּהַשְׂתָּא οράτιος, augustissimus, cognomen (1) Cyri, Efr. 4, 7. 23. (2) Darii Hyrcaspis, Efr. 7, 1. 7. II. 12. Cap. 8, 1. Neh. 2, 1. Quomodo Efra c. 6, 14. מְתַעַּד כּוֹרֵס וְרוּוֹשׁ וְאַרְתְּחַשְׁתָּה מֶלֶךְ פְּרָס  
בְּגִיאָה

ἐξ ἐνθυμήματος κύρας καὶ Δαρείου, καὶ μὲν περιτίχης ἀρχόντος περσίδος,  
ex mente & sententia Cyri & Darii Hystaspis, augustinissimi utriusque  
regis Persidis.

Rege Dario Hystaspis, exitium universis judæis ab Hamane paratum, regis infonsit & artis haud concii consensu, per literas Haman ad omnes satrapas & regionum præfides scriptas, celerrime ad omnes deferri curavit. Celeritas nunciorum in celeritate equorum & dromedariorum. In celeritate omnis spes perniciei, ne sententiam mutaret rex, si mature detegeretur Hamanis dolus.

Velocitas cursus in סוסים in equis, non finit illos hic attendere, pro communi notitia. רכש poscit in nobis spe Etantibus morulam. Bochartus aliisque, & hic equos habent in oculis. Verum oppositio inter סוס & רכש manifesta, non solum in hac historia Estheræ, sed & rebus Salomonis, 1. Reg. 4, 18. Qui mulos malunt, illis damus. Vtrique interim cum Buxtorfio in equis & mulis pernicitatem agnoscent in voce רכש, equus levis, mulus celer & velox. Sed ad camelos dromedarios rectius referunt cum Elia Levita circumspectiores. Ille in Meturgeman: מין גמורים הממוירס לרץ species camelorum properantissimorum cursu.

רכש vi vocis τροχεῖς, τροχιαῖς, γογγὸς, cursor, celer, velox, pernix; ut in se poslit referri aut applicari ad equum æque ac camelum; quomodo Syrus pro סוס perfrequenter adhibet רכש. Sed hæc accommodatio in arbitrio interpretis postea non præjudicat usui ordinario. Mich. 1, 13. videatur par determinatio ad equum, quia de curru sermo est, ad quem non camelii sed equi aptiores aut usitatiores. Ast & ibi per elegantem auxesin pro festinacione vividius pingenda dromedarii dicantur curru jungendi, aut vectura dromedarii sola expressa: רחם הרכבה לרכש ἀρμόττε τῷ διφέω τροχιάδαις, junge currui dromedarios: ut si nos diceremus, vel poetæ, pro auxesios dignitate, jungere currui ventos, euros, boreales. Quando רכש per se generale τροχεῖς, speciatim vindicatur camelio veloci, dromedario, eadem est figura, quæ in חרבין, quod speciatim camelio juniori datur, usu.

Bocharto f. 100. conjectura indulgenda, quasi רכש fit a רכש acquirere, comparare, unde fit רכש primo pecus vel jumentum

quodvis, ut grāce κτῆνος ἀπὸ τῆς κτήσεως, quia pecore ὁ jumentis veterum opes praecipue constabant, deinde jumentorum nobilissimus equus, adeoque ὁ in equis qui nobilissimus est ὁ ad bellū aut ad vecturas maxime idoneus. Sequitur Aben Esram, qui a שָׂרֵף repetit, in Comm. in Estheram, a censu regis ex equis. Quæ omnia longe admodum petita. שְׂרֵף est ἀγυεζέν, colligere, congregare, quicquid demum sit, & שְׂרֵף est ἀγυεζέν collectio, congeries, cujuscunque tandem rei. Quod pro argumento adsciscit Bochartus, pro equo in شَرْف ex arabico verbo رَكَّضْ rakaz, in cursum actus fuit, de equi pleno cursu, unde رَكَّضْ rakez, in cursum actus ac currēns; generale est, idem ac τροχάζειν, currere, θρηξάσκειν, رَكَّضْ raka-za, τρόχος, cursus. مَرْكَزْ merkaz, σημαλευτζον est, σημαλευτζον, rutabulum.

Neque vero شَرْف quemlibet fert camelum, cum ad peruvitatem unus altero sit aptior natus, non solum ex aetate sed & imprimis ex certo genere. Sunt enim duo illorum genera, quorum unum uno gibbo excellit, alterum duobus. Illi majores his, hi celeiores illis; illi camelī absolute, hi dromedarii appellantur, hoc est cursorē. Hic dromedarius, ἔρωας, τροχεζός, est שְׂרֵף cursor. Juverit, pro discrimine cognoscendo inter شَرْف & شְׂרֵף audivisse Cotovicum, itinerario Hierosol. ὁ Syriac. p. 403. cuius manus utriusque imaginem totam pingere, scopo nostro congruet: Est camelus animal quadrupes, procerum admodum, ac multo altius equo, turpe adspectu, odore tetur, exili, longo in curvoque collo, sed truciōri capite: maxilla ei superior quatuor duntaxat dentibus acutis longisque armata, inferior dentibus reserta, uti ὁ ceteris jumentis. Gibbosum habet tergum, caudam asiniam, crura tibiasque prolixas, poplitibus duplicatis: quibus accepturus onus singulatim procumbit, carnosos ὁ bisulcos pedes unguesque aduncos, ac pedum plantam pulposam ὁ mollem, instar spongiae. Est autem laboris patientissimum, portansque sarcinis aptissimum: nam trium equorum onera facile ferunt singuli, ὁ supra mille librarum pondus, imo decem medimos frumenti, vel homines

nes quatuor in lecto jacentes ac cistis inclusos vebunt commodissime. Pedatim tamen graditur hoc animal, ut sinistri pes non transeat dextrum, aut prævertat, sed subsequatur. Et si vero horrido aspectu, clamoreque ingrato ferox nimium videatur ignaris, est tamen præter opinionem manuetum admodum, adeoque cicur, suisque ductoribus obsequens, ut ad arbitrium vocemque eorum in genua, atque adeo in ventrem se demittat, ac pronum, anterioribus prius cruribus, mox posterioribus complicatis, onera sarcinarue tergori imponi suuat: mox, ubi se satis onustum esse ac consuetum habere pondus sexit, (neque euim plus oneris quam ferre potest imponi sibi permittit, nec ultra assuetum procedit spatium) in pedes se erigit. Si assurgere vel inclinare se quandoque a ductore jubeatur, illoco voci jubentis, ac si ratione uteretur humana, obtemperat. Genua callo obducta durissimo habet: subductis quippe sub se cruribus, dum vel depositis sarcinis quiescit, vel interdiu noctuque objectum pabulum sumit, in ventrem procumbit humi, rotumque corpus iis sustentat. Cum vero inedia ac præcipue scitis patientissimum sit, parvo sumtu alitur, cibi utique ac potus pro tanta mole paucissimi. Palea autem trita vel surfure aut gramine, vel modico sale vescitur, pascuisse aspermis fruticosisque utitur. Triginta imo quadraginta continuos dies sarcinis onustum absque ulla requie progreditur, astumque diei ferventissimum suffert, triduo, quadruplo, imo diutius scitum tolerat, & impotatum incedit. Sed cum bibendi occasio se offert ventrem implet, turbata conculcatione prius aqua. Urinam mittit transversam, & eam modicam & tenuem. Per deserta arenosa, planaque loca obeundis confiendis itineribus apertissimum est, per alperos scabrososque montes non item, idque ob pedum mollitem & pulpositatem, quos idcirco facile lacerat. Quod si ladi contingat, nec progreedi posse, illoco ductores matant, corioque detraccio, ossa carnibus purgant: quas (relictis in via ossibus) inter se dividunt, & sale conditum ad cibum utuntur. Sub aura frigidula pigrum est, nisi excitetur cantu hominis, vel sono fistule, aut tintinabuli, quibus plurimis ornantur. Aestu solis alacrius graditur. Sunt autem camelii dupli specie, partim villosi, partim glabri: illi frigidioribus regionibus & hiberno tempore aptiores, hi calidioribus prouincias & aestate utiliores. Vidimus ex his plurimos, catenulas ferreas duplex anteriores dextri pedis cruribus gestantes; causam sciscitati, didicimus, eos Mechæ fuisse, & his catenulis, tanquam sanctitatis nota

a ceteris distingui ac præstantiores haberi. Dromedes, seu dromades vel dromadi, vulgo Dromedarii, olim Anacoli Lagarique dicti, parum aut nihil a camelis differunt, ejusdemque plane formæ & proceritatis, nisi quod bina in dorso tubera habeant, gracilioresque insuper macilentiores ac celeriores sint. Hinc non tam ad portandas sarcinas quam ad equitandum, Ægyptiis, Arabibus, Æthiopibusque plurimum usui sunt. Supra centum miliaria italica uno die conficiunt, præsertim locis arenosis & aquis carentibus. Feminis, qui ad bellum præparantur, vulvas ferro exulcerant, quo coitu negato fortiores & præliis aptiores sint. Duos in certamine sagittarios ferunt, juntis dorſis, alterum ut a fronte, alterum ut a tergo in hostem pugnet. In Ægypto, arabiisque plurimi nascuntur, in syria pauciores, camelii tamen frequenter, quos inter armenta pacit oriens. Carensis Bassa quos secum habebat Dromedes ex Ægypto eduxerat eosque frontalibus cristi ac depictis stragulis eleganter ornatos, mancipiorum æthiopum (quaæ in iis equitabant) curæ & regimini demandaverat. Hos pastillis e farina triticea confectis, sed parce admodum reficiebant. Ubi secesserit descendendum esset, bacillo pedes animalis percutiebat, atque ita dromedarius in terram procumbens, commodam descendendi facultatem illi præbebat.

Pellucet ex his, גמל camelum in genere quidem utrumque genus complecti, unius & duorum gibborum, speciatim autem designare primum genus uno gibbo, רכש dromedarium, secundam speiem, duobus gibbis, cuius pernicitas longe maxima.

Hæc distinctio in historia Estheræ inter סוסים συγιεῖς, equos, & שׂבָע τροχσέων, dromedarium, dilucida. Ita & in Salomonis œconomia, 1. Reg. 5, 8. התערות וחרבן לסתום ולרכש: התערות נאשנואς ηγή τὸ συρτεῖον ὑπὲρ τῶν συγιεῖων καὶ ὑπὲρ τῆς τροχσέως, hordeum & paleam pro equis & pro dromedario, dromedariis, per enallagen.

ארהנור torquet interpretes omnes ipsumque Bochartum misere, qui mulo vehuntur plerique, sibi ipsis oneri, quorum sarcinas hic apportare nihil juvat. Constat, ut camelos ita & dromedarios, per certas provincias excellere præ aliis; ut genera equorum per plagas, naturæ qualitatibus, quantitate & motu vehementer differunt, quod in curiis sciunt & historici observant. Dromedarii, διτύλοι, optimi in Asia superiori, in Bactriana, ut in Arabia

*Arabia camelii præstantiores.* Haman ergo in perside, *ex vicina Baetria natos*, altos in Darii regis stabulis, *dromedarios*, *ad cursum natos*, promi facile curaverit, cum res esset ocyssime conficienda, per nuncios expeditissimos. Sic nostro quidem judicio ἡτερον  
est character regionis dromedariorum velocissimorum, Βακτριανος,  
Βακτριανοι, Baetrianus, Baetriani, qui velocissimi.

Baetrianos Dromedarios, διτύλοις, cum duobus gibbis, *ad cursum esse præstantissimos*, historici veteres & recentes unanimi voce nunciant. Aristotelem laudant Bochartus, Harduinus, in Plin. Tom. I. f. 447. Διαφέρουσι Βάκτραι τῶν Αραβῶν, αἱ μὲν γὰς δύο ἔχοστι ψόγοις, αἱ δὲ ἑναὶ μόνον. Differunt Baetrianæ camelii ab arabicis, quarum illæ duos habent gibbos, haec unum tantum. Quocum consentire Plinius monet uterque, l. 8. c. 26. f. 447. ed. Hard. Camelos inter armenta pascit oriens, quarum duo genera, Baetriae & arabiae differunt, quod illæ bina habent tubera dorso, haec singula, sub pectore alterum, cui incumbant. Solinum Baetrianorum & arabicorum gibbos incaute permutasse, qui Baetrianis unum arabicis duos tribuat, monet uterque. Gibbus sub pectore in Baetrianis æque ac arabicis, distinxetus a duobus Baetrianorum & uno arabum in tergo, observante Aristotele l. c. Qui sub pectore gibbus, in utrisque a natura datus, ut illo sustineatur corpus, dum in genua procumbant ad ferendum onus: ἄλλον δὲ ἔχοστι ψόγον τοιστὸν διον ἀνω ἐν τοῖς κάτω, εἰσὶ σταύρωσι τοῦ γόνατος εἰσηγμέναι τὸ ἄλλο σῶμα, Sunt etiam omnibus (Baetrianis & arabicis) singula parte ima, quale in dorso, tubera, quibus incubat reliquum corpus & firmetur, quoties in genua inclinentur.

Ob velocitatem adhiberi non solum in itineribus sed & in præliis, utrosque Baetrianos & arabes, observarunt Herodotus l. 7. f. 411. & Pollux l. 10. c. 8. Plinius l. c. Omnes Baetriani & arabes jumentorum ministeriis dorso funguntur, atque etiam equitatu in præliis. Plinius: Castrandi genus etiam feminas, quæ bello præparentur, inventum est, fortiores ita sunt coitu negato, quo de & Aristoteles & Alianus. Velocitas utrorumque non solum equis par, sed & longe superior, in primis in Baetrianis. Plinius: *Velocitas inter equos, sed sui cuique (camelis & equis) mensura secuti vires.* In longo itinere camelorum cursus diutinus ac continuus, in brevi cursu equi celeriores.

Quæ

Quæ ratio est, quare Haman, nuncios expediens, equos adhibuerit pro brevioribus itineribus ad loca propinquiora, camelos dromedarios ad loca remotiora, per regnum Darii amplissimum, provinciis admodum remotis. Eadem namque via equos & camelos esse a nunciis diversis vectos, non fuit possibile, quod *equi fugiant camelos*, qui horum nec conspectum nec odorem ferre possunt, teste Herodoto l. 1. f. 33. & lib. 7. f. 4ii.

*Bactrianos*, duorum gibborum, *dromedarios*, ab arabibus brevi contracto sano dici *Bechetas*, ex Leone Africano & Marmolio observat Bochartus, f. 87. ille: secundum camelorum genus Bechetas vocant. Hi duos habent gibbos, oneribus gestandis & equitationi pariter accommodos, cuiusmodi Asia saltem producit. Agnoscit Bochartus, Arabum بختي becht, vel بختي bechti, & femininum بختي bechia, & in plurali بختي bechati, esse Bactrianos; ad quod declarandum Aristotele & Plinio utitur, qui *Bactrianos camelos, dromedarios*, commendaverint.

Bactrianorum dromedariorum duorum tuberum genus, in Arabiam etiam fuisse traductum, ut & ibi cum aliis unius tuberis alienetur, subindicat Diodorus l. 2. f. 137. πλεῖστα δὲ καὶ διαφοράτα γένη παμήλων Ἰρέσι, τῶν τε φιλῶν καὶ δασέων, καὶ διπλῶν ἀνατεταμότων τὸ πατα τὴν ἔχων κύτωμα, καὶ διὰ τότο διτύλων ὄνομαζομένων. ἀντὶ μὲν γάλα παρεχόμεναι καὶ κρεοφαγύμεναι, πολλὴν παρέχουσαι τοῖς ἐγχωρίοις δακτυλεσσαν, ἀντὶ δὲ πρὸς νοτοφορεῖσαν ἥπατημέναι, πυρῶν μὲν αὐτὰ δέκα μεδίμνας νοτοφορεῦσσιν, ἀνθεώπτες δὲ κατακειμένες ἐπι κλίνης πέντε βασάλλοσιν. Αἱ δὲ ἀνάκωλαι καὶ λαγαζαι ταῖς συσάστεσι, δεμάδες εἰσὶ, καὶ διατείνοσι πλεῖστον ὅδε μῆνος, καὶ μάλιστα τῷσι τὰς διὰ τῆς ἀνύδρου καὶ ἐξημέρου συντελεμένας ὁδοπορίας. Αἱ δὲ αὐται καὶ κατὰ τὺς πολέμας εἰς τὰς μάχας ἔχονται τοξοταῖς ὕγονται δύο, ἀντίκαθημένες πλλῆλοις αὐτινότεροι. τέτων δὲ ὁ μὲν τὰς κατὰ πρόστοπον αἴπαντας, ὁ δὲ τὰς ἐπιδάκοντας ἀμύνεται. Sunt in arabia multa, præque aliis eximia camelorum genera, tum depilium, tum villosum, & quibus duplo majus tuberculum in tergo eminet, ac propterea dityli, i.e. duplice gibbo præditæ, vocantur. Harum aliae lactis multitu & carnium esu, magnas hominibus utilitates afferunt. Aliae gestandis oneribus afferfactæ, decem frumenti medimnos dorso perferunt & homines quinos cibos-

clitellis recubantes facile portant. Quae expeditioribus sunt membris & minus distento corpore, (dromedarii) cum duobus gibbis, ad cursus adhibentur, & longissimum via spatiū emetuntur, præsertim si per aridam & desertam regionem iter fiat. Harumque, (dromedariorum) in bellis etiam usus est. Nam ad pugnas binos ferunt sagittarios, obversis inter se tergis, quorum alter occurrentes a fronte, alter insecstantes a tergo propulsat. Idem l. 3. f. 178. οτοι, Δέθαι, παρηλοτεροφάντες πέδος ἀπαντα χεῶνται τὰ μέγιστα τῶν κατὰ τὸν βίον τὴν τῶν ζώντων χρέα. Πέδος μὲν γαρ τοὺς πολεμίους ἀπὸ τότεν μάχονται, τὰς δὲ κομιδας τῶν Φορτίων ἐπὶ τότεν νυτοφορθῶντες ῥαδίως ἀπαντα συντελῶσι. Τὸ γαρ γαλα πίνοντες, ἀπὸ τότεν διατέρθονται, καὶ τὴν ὅλην χώραν περιπολοῦσιν ἐπὶ τῶν δρομάδων καμήλων, Camelorum armentis Debe arabes pascendis vacant, quorum usus ad maxima vita negotia illis paratus est. Ex his contra hostem pugnant. Horum tergis onera veclant & expedite cuncta peragunt. Horum lac bibunt, hi nutrimenta eis præstant. Dromedaris quoque camelis totam regionem percurvantur.

Pullus Bactriani dromedarii appellatus قرمي kirmal, Bocharto, f. 87. teste ab illo allegato Damiro, وَلَدْ الْبَختِي, quod reddit Bochartus, Kirmal, pullus albehti: in plurali قرمي al-karamil, camelī dupli gibbo. Vocem وَلَد reddidit Bochartus pullum, quod idem ac natus, ut plus generis sit index quam *ætatis*; genus bechti hoc est Bactriani dromedarii, cum pro diversis regionibus sint diversa dromedariorum genera. Quomodo وَلَد idem ac genus, ut بَخْتِي genus Bactrianum sive ex eadem sive vicina provincia. Atqui appareat fere قرمي esse characterem regionis Margianæ ad Bactrianam. Quo pacto قرمي Kirmal & بَخْتِي re ipsa idem, sono ex dialecto variata flexo. Golius sane videtur diserte indicare Kermel esse dromedarium Bactriani generis: قرمي, Kermel, & قرملي, kermeli, plur. قرملي kara-

karamel, genus camelī, بختی bechtijon dictum, aut duobus tuberibus præditum. Illi بختی & قرمل sunt dromedarii iidem. At qui bechti est bactrianus, adeoque kermel bactriani generis.

Quando ergo character בֶּן רַמְכִיבָּה non nisi hic in historia Mardochai, in Perside incidit, non sine interpretum hæsitatione, sicut generale nomen regionis Bactrianae dromedarios celebravit, ita specialior additur index regionis in Bactriana aut ad Bactrianam, quae est regio Margianus, Margiane, dromedarii clara. מַרְגִּיאוֹן Margianus, Margianus, בֶּן רַמְכִיבָּה מַרְגִּיאוֹן, nati Margiani; uti etiam & בְּנֵי de brutis dicitur. Quo paecto בֶּן רַמְכִיבָּה sunt Bactriani Margianus, dromedarii Bactriano- Margiani.

Bocharo f. 101. pro mulis in oculis est arabicum appellatum  
ramaka, equa, magna camela Gofio; ut in Mardochai  
historia בֶּן דְּמִיכִים sunt equarum filii, illi muli. Verum arabicum hoc ramaka, equa, nihil habet rei cum masculino מַרְגִּיאוֹן Mardochai. Ramaka aratum, equa, camela, est μηλεὰ, materna; unde quod Bocharto incidit Germanorum Mieere / est ortus græci μητρια, materni generis, Mutter-Pferd. Praestabit, uti בְּנֵי חַשְׁמָן est Bactriano, Bactrianus, regionis index, ita & מַרְגִּיאוֹן hic regionem indicare Margianem; Margianus Margianus, optimi generis dromedarius.

### CAPUT VII.

In parabolæ talmudicæ de duobus Aaronis filiis Nadab & Abihu, & apophthegmatis judaici de camelis, scopum.

Sanhedr. f. נב c. 1.

Veterum judeorum supra laudatum proverbium est commendatum in medio talmudis corpore, Sanhedr. f. נב. c. 1. occasione parabola de duobus Aaronis filiis Nadab & Abihu, quam integrum audire juvalit, ut tum de parabolâ apud iudaos usum de adagii

כבר זהה משוח האחרון מחולכין *sensu* *scopo* constet plenius. בורך ונווב ואכזוז מובלגן אחוריוון וככל ישראל אחוריוון אמר לו נוכך לאביהו אמתו ימוות שגע הנקנים תללו, ואני אתה ננורג את חורר אמר רחן רק'בה הנראה כי קובר את מי. אמר רב פפא, היוין דאמר אינשי נפשי גמלוי סבר דעתני משבי ודהונגה. Moses & Aaron procedebant in via, Nadab & Abihu sequebantur illos. *& totus Israel hos.* Dicebat Nadab ad Abihu: Quando morientur hi duo sene? ut ego & tu gubernemus hanc etatem. Dixit ad illos deus: Num constat quis sepulturus sit alterum? Dixit Rab Papa: Hoc est, quod vulgatum dicit proverbium: Multi sunt camelii sene qui portant juniorum pelle, ut ventidentur. Raschi in b. l. clarioribus sensum exprimere studuit verbis: חרבה גמלים זקנים שטענין עורות זכריהם גמלים זקנים שטענו. בכרי מורי ועפה מחרוגמן הונגנ. בכרא קללה ווינו גמלא נערה ווינקה שרחה קללה ועסקיה רעם מהמת שלא זורגה לטען משאות Multi sunt camelii sene, qui gestant pelle camelorum juniorum, qui mortui sunt. Vocem בכרוי Es. 60, 16. juniores camelii Madiena & Mariabena, Chaldaus reddit per הונגנ, *veavterus*, juniores. Pariter Jer. 2, 25. *הַצָּמְלָהּ כִּירָגֹס* *הַצָּמְלָהּ*, camelus junior aut juvenis, qui est agilis, cuius actus sunt imbecilles, cum nondum sit assuetus oneribus portandis.

Est מורה, Φεόντισμα, symbolica in Mosis & Aaronis filiorumque historiam *commentatio*; speciatim, cum genera talium symbolicarum imaginum sint multa, est הַדְבָּרָה διηγημα, *narratio*, *historia forma*, arte oratoria, prosopopœia usu non ineleganti, oratoribus & poëtis quibuscunque, priscis & recentibus, familiari, concinno orationis ornatu. Est species *parabole*, dum introducuntur persona loquentes, ex remoto ayo, velut exempli loco, vel quasi persona, quæ, et si nunquam extiterint, pro orationis habitu efforman- tur ac velut coram fistuntur, quibus de re ardua sermo tribuitur. Induit tota illa oratoria actionis compositio formam *historiae* aliquando gestæ, etiamsi tali situ nunquam reapse contigerit. Quin & inanimatis talis personarum actus conciliatur, ut sermones de re magna cedant, ac si humanæ essent indolis. Quæ prosopopœiarum elegantia admirabilis oratoribus & poëtis perquam grata, auditoribus multo amoenior.

A sapientibus & magnis viris adhibetur hæc figura, præclarum orationis penetrantis artificium, quando res magni momenti indirecte & oblique est aperienda. Ingenii & judicii arguti res, dignas tales prospopœias parabolæ instruere. Vehitur quippe illis magni ponderis argumentum, sive in doctrina, sive monito, sive consilio, sive minis. Teſte plus dicitur, aculeis paucis penetrantissimis, quam longa aperta oratione. Auditoris animus rapitur non tantum in personarum illarum compositarum conſpectum, memor subefſe quid ardui, ſed & momento inter audiendum scopum attendit, ut quid orator velit, ſcrutetur. Flunt hæc omnia utrinque, dicendo & audiendo, brevi velut momento. Ille pingit, hic colores & animum loquentis ac delineantis obſervat. Judicij non magis res in oratore, ut cuncta curate & apte conformet, personis dignis & verbis concisis ac nervofis, quam & in audiente, qui in personis & verbis factisque reconditum confilium dijudicet & obſervet. Nisi locus hic eſſet brevitati dicatus exempla ex oratoribus & poëtis, græcis & latinis, quin & judeorum veterum monumentis afferri poffent, ingenti numero, ſuavitatis admiranda. Suffecerint jam eminentis dignitatis & celsi argumenti exempla numeroſa, per omnia christi cum iudæis, impri- mis phariseis, cum diſcipulis, cum amicis, cum hostibus, de rebus ſublimibus colloquia. Vel obiter meminerimus, christum palam pronunciаſſe, ſe nihil ſine parabolis dixiſſe & docuiſſe. Morem illis ſeculis inter judeorum doctores receptum, symbolis & parabolis utendi, retinuit sancte, nobis in occidente inſolitum & peregrinum. Neque adeo ex noſtris rebus aſtimari, intelligi & explicari poſſunt, ſed ex illorum temporum interjudeos ſtatu, controverſiis ac ſententiis. Unde eſt quod per pauca christi parabolæ in hunc diem digne ſint explicatae. Plerarumque argumentum eſt, res christianismi judaismo oppofiti. Pharisei & publicani parabola eſt nervofiffimum compendium univerſæ doctrinæ judaicæ & christiana. In pharisei dictis factisque effigiatur judaismus quoad intimas fibras. Publicani actiones & sermones plena effigies totius rei christiana, ut tunc erat, christo preeſente & docente. Omnes epiftolæ Pauli commentarii locupletiffimi in iſtam chri-

christi parabolam, in pharisaeum illum & publicanum. Lazarus & epulo, christianismus ac judaismus, quoad omnes nervos, in imagine, toto doctrinæ utriusque compendio & fatis. Filius perditus cum fratre domi sedente, christianismus in judæis exteris convertendis, & judaismus in judæis in patria sedentibus, palæstinæ tunc incolis. Et in hanc parabolam universam Pauli dicendi ac scribendi inter gentes officium. Seminariorum cum hoste, zizaniorum domino, Christus & discipuli cum pharisaismo, veræ doctrinæ christianæ opposito. Latro & samaritanus, judaismus aut pharisaismus & christianismus. Convivæ in nuptiis filii regis, judaismus & christianismus. In omnibus his & similibus multis personarum actiones & sermones, pro effigie rerum sublimium, ut singula personæ integras referrent gentes, judæos & christianos, pro utrorumque doctrina & fatis, tunc præsentibus & impendentibus. Non negotia in his privata sunt effigiata, sed publica, pro utraque gente, judaica & christiana, pro utriusque populi indeole & fortuna. Paulus in omnes christi parabolas commentarius luculentissimus quoad omnia momenta.

Ad istum argute dicendi génium composita & illa judæorum *parabola de filiis Aaronis inter se sermocinantibus*, & deo interloquente. Nec enim foris quicquam illorum contigit, sed singula ad artis oratoria regulas scite efformata, profopœiarum beneficio. Non iter fecerunt Moses & Aaron, nec fecuti illos in via Nadab & Abihu, neque hos totus Israël. Actiones externæ nullæ. Similiter colloquia duorum filiorum Aaronis de Mosis & Aaronis desiderato obitu, pro distribuendo inter se præsidio populi, in sacris & civilibus, ut unus occuparet locum & officium dignitatemque Mosis, alter Aaronis, nil physici comprehendunt, sed pro morali scopo, genii & affectus effigiati, sermonibus utriusque arte oratoria tributis. Neque Nadab & Abihu in parabola ab auctore intenti, sicuti in parabola epulonis & Lazari non persona Abrahæ, sed res ejus, sed res fidei & salutis in christianismo effigiata. Facies verarum personarum, quæ quondam extiterunt, non arguunt externas veras vivasque illarum actiones in parabolis, sed effigiant statum non disparem fatum,

rum, consiliorum, affectuum, eventuum. Neque autor parabolæ de filiis Aaronis illo animo hæc concinnavit, ac si crederet aut proderet, illa reapse in Aaronis filiis contigisse, sed ut genus statuum disparium in imagine tali pingeret. Siquidem priscis seculis & inter judæos, in nationibus judæorum, babilonicis, syriacis, imo & suo modo europæis, arrogantia æmulationem integrorum corporum ac velut gentium inter se affinium excitavit, quod judaica historia abunde docet. Nec ergo in personas privatas illa parabola collimaverit sed integra inter ipsosmet judæos corpora, historia judaica testante.

Unde porro *Rab Papæ in parabolam commentarius*, commendato in illam *proverbio vulgari*, non in personarum obitum, velut Mosis & Aaronis, sed corporum, sed societatum fata & vicissitudines spectat: recentiores gentes, societas, civitates, pro reconditis orbis fatis, non majoris esse spei, incrementi, ac melioris fortunæ, quam veterum & annosarum ætas decrescens videatur arguere, siquidem vetusta & solidæ ac velut decrepita gentes viæ, majus sæpe robur teneant quam vegetiores recentiores. Harum proinde fiducia, veteres formas superandi & vincendi, ait autor, ambigua sæpe & dubia, cum novus ordo vires nondum polliceri sibi queat, quas jam habet & diu habuit prior, creditus decrepitus, ac sponte deceplurus visus. Synagogæ judæorum juniores, in babilonia, palæstina, ægypto, in europa, asia & africa, sibi frustra subinde spoponderunt præ paribus & jam dudum eminentibus præsidium & incrementa; cum & juventus in publica re finem & adversa fata citius sæpe prater opinionem obtineat, quam adulta & decrepita senecta; uti societibus, ordinibus, communitatibus, institutis, sua est juventus, sua ætas virilis, sui morbi, sua senectus, sua vita, sua mors.

Cle-

Clemens Alexandrinus, Strom. I. 5. f. 556. ed. vet.  
f. 658. ed. Potteri, oxon. 1715.

Ναὶ μὴν καὶ τῶν παρέ ἐλλησι σοφῶν καλεμένων ήταν ἀποφθέγματα  
ταῦθις λέξεσι μοιζόνος περιγρατος δήλωσιν ἐμφανεῖ. οἵου ἀμέλει  
τὸ, χρόνος Φείδης, ἦτοι, ἐπεὶ ὁ βίος βεστχύς, καὶ γε δεῖ τὸν χρόνον τέτον  
εἰς ματην καταναλῶσαι. οὐ, κατ' ἐναντιότητα, Φείδης θάνατον αναλο-  
μάτων τῷν ἴδιωτικῷν, ἵνα καν πολλὰ ἔτη ζῆσθαι, Φησί, μη ἐπιλείπῃ  
σοι τὰ ἐπιτήδεια. ὡς ἀντως καὶ τὸ Γινάθι σεαυτὸν, πολλὰ ἐνδείνυνται  
ὅτι Θηῆδην ἔι, καὶ ὅτι ἀνθρώπος ἐγένεται. καὶ πόητας τὰς ἀλλας τῇ βίᾳ  
ὑπεροχάς κατὰ σύγνοισιν, ὅτι ὥδενος λόγιγ ύπαρχεις, ἐνδόξον λέγων η  
πλάσιον. η τεναντίον, ὅτι πλάσιος ἀν καὶ ἐνδόξος, η παρὰ μόνῳ  
τεμνόνη πλεονεκτήματι. καὶ εἰς τὶ γέγονας γνῶθε, Φησί, καὶ τίνος  
εἰκὼν υπάρχεις. τίς τέ συ η βόσια, καὶ τίς η δημιουργία, καὶ η πρὸς τὸ  
θεῖον οἰνεῖστος Ής, καὶ ήταν τέτοις ὄμοια. λέγει δὲ καὶ διὰ Ησαΐας τῇ  
περιφέτῃ τὸ πνεῦμα, Δώσω σοι Θησαυρὸς σπονσινάς ἀποκεύΦης. Θη-  
σαυροὶ δὲ τῷ θεῷ καὶ πλάτος ἀνελειπτῆς, η δυνάμειας ἐξι σωφίας  
ἀλλὰ καὶ οἱ παρὰ τέτοιν τῶν περιφέτων τὴν θεολογίαν δεδιδαγμένοι  
ποιηταί, δι ύπονοιας πολλὰ φιλοσοφοῦσι. τὸν ὄφεια λέγω, τὸν λίνον,  
τὸν Μεταῖον, τὸν ὄφηνον καὶ ἡσιόδον, καὶ τέτην τάυτη σοφίας. Παραπέ-  
τασμα δὲ αὐτοῖς πρὸς τὰς πολλὰς, η ποιητικὴ ψυχαγωγία. ὄνειρος  
τε καὶ σύμβολα, ἀφανέστερα πάντα τοῖς αἰνιδεώποις; η Φθόνος, ἔγαρ  
Θέμις, ἐμπαθῆ νοεῖν τὸν θεὸν, ἀλλ' ὅπως εἰς τὴν τὸν ἀνγυριατῶν ἐν-  
νοιαν η ζῆτησις παρεισιδύσσεται ἐπὶ τὴν ἐνηρού Ής αἰλιθειας αἰαδεράμη-  
τάυτη τοι Σωφακλῆς, ο τῆς τραγωδίας ποιητῆς, Φησί πλ.

Καὶ τὸν θεὸν τοιῶντον ἐξπίσαμαι

Σοφοῖς μὲν δινιτῆρα θεοφάτον δεῖ,

Σπαιοῖς δὲ Φαῦλον, καὶ βεστχεῖ διδάσκαλον.

Τὸ Φαῦλον ἐπὶ τῷ ἀπλῷ τάσαν.

*Quin etiam apophthegmata eorum, quii apud grecos vocantur  
sapientes, paucis dictiōibus rem majorem significant. Cujus-  
modi certe est illud: Parce tempori; aut, quoniam vita est brevis, Ο  
non est hoc tempus temere consumendum; aut contra, parcer-  
dum privatis sumptibus; ut etsi, inquit, multos annos vixeris, non  
desint tibi necessaria. Similiter etiam illud, Nosce te ipsum, multa  
inde.*


indicat: Et quod sis mortalis, &c, quod homo natus sis; Et quod si  
 fiat collatio aliorum, qua sunt in vita præstantissima Et excellentissima,  
 nullam tui putas habendam esse rationem, si dicas, te gloria insignem  
 vel divitem; vel contra, quod cum sis dives Et gloria insignis, non  
 de solis commodis, quibus alios superas, te jactare oporteat: Et, ad  
 quid natus sis, cognosce inquit, Et cuius sis imago, Et quænam sit tua  
 essentia, Et quod opificium, Et quænam cum deo conjunctio Et affini-  
 tas; Et quæ sunt his similia. Dicit autem per Esaiam quoque prophe-  
 tam spiritus, Ef. 45. Dabo tibi thesauros tenebrosos, occultos.  
 Dei autem thesauri, Et quæ non deficiunt divitiae, est quæ est venatu  
 difficult sapientia. Quin etiam poetæ, qui a prophetis didicere theo-  
 logiam, per arcana sensa multa philosophantur. Orpheus, in-  
 quam, Linus, Musæus, Homerus & Hesiodus, &c qui ea sunt  
 ratione sapientes. Velum autem eis apud vulgus est poëtica delecta-  
 tio. Somniaque Et symbola sunt omnia hominibus obscuriora; non  
 propter invidiam; nefas enim est, deum intelligere patibilem; sed ut  
 ænigmatum notionem subiens inquisitio, ad inveniendam recurrat veri-  
 tatem. Ea ratione dicit utique Sophocles, poëta tragicus:

Deum ipse credam semper esse ejusmodi,  
 Oracula ut sapientibus det abdita,  
 Scelestis malum, multa qui paucis docet.  
 Malum ponens pro simplici.

*Fin. in typogr. academica a. 1729. d. 30. Maii.*

B.I.G.

Farbkarte #13



Centimetres

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

ON JVLII von der Gardt  
COMMENTATIO

MÆ DISSERTATIONEM RABBINICAM  
DE VSV LINGVÆ,  
SANHEDRIN f. 22. c. I.

IN

BIVM JVDÆORVM  
CAMELIS, ~~24. XIY. 27.~~  
VRATO VETERVM  
I STILO ILLVSTRANDO  
RE MEDRASCHIM ET  
MESCHALIM.

ACADEMIA JULIA

DINIS PHILOSOPHICI CONSENSV  
CCXXIX. MENSE MAJO  
CONCINNATA.

HELMSTADII  
LI DIETERICI SCHNORRII  
ACAD. TYPOGR.

